316


INSTRUCTIO PASTORALIS

ILLUSTRISSIMI
AC
REVERENDISSIMI
DOMINI

FRANCISCI DE SALIGNAC
DE LA MOTHE FENELON,

Archiepiſcopi ac Ducis Cameracenſis, S.R.I. Principis, Comitis Cameracenſium, Sereniſſimorum Ducum Burgundiæ, Andium ac Biturigum Præceptoris, &c.

Di Gennaro Giannelli



M. DC. XCVIII.



PASTORALIS INSTRUCTIO ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI ARCHIEPISCOPI CAMERACENSIS, &c.



FRANCISCUS Dei & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Dux Cameracenſis, &c. Clero Seculari & Regulari noſtræ Diœceſis. SALUTEM ET BENEDICTIONEM IN DOMINO.

Zelus quem Deus nobis inſpirat pro ſalute animarum quas noſtro regimini credere dignatus eſt, non patitur, Cariſſimi Fratres, ut diutius differamus intimos animi noſtri ſenſus aperire vo-

bis de libro inſcripto, *Expoſitio pl*
torum à Sanctis, &c. Arbitraba
nihil in eo omiſſum ad damnanda a
rimè omnia placita quæ Quietiſm
roribus faverent. At cum à ſex me
bus rumores adverſus hunc librum
que ſparſi ſint, noſtri eſſe officij d
mus vobis hîc præcisè & ſigillatim
plicare hujus libri loca quibus d
viri ſenſum à noſtro longè alie
attribuerunt, dum novam editio
vulgare poſſimus cum additam
quæ libri intelligentiam adhuc fac
rem præſtabunt.

Quilibet Chriſtianus nedum di
tationibus indulgeat, mentem d
magis ac magis aperire ut pro
ſatisfaciat iis quibus primæ ejus ex
cationes negotium faceſſiverunt.
copus tantum abeſt ut ſuâ dignita
hac regulâ eximatur, ut contra
ſtrictius teneatur cum omnia de
veritati quæ illi credita eſt, & C
tati quæ ad Eccleſiæ ædificatio
omnia ſuffert. Eo animo, Cari
Fratres, conabor accuratè vobis e
nere ſenſum præcipuorum libri
locorum quæ plurimos lectores m
ſunt, ut juvantibus vobis poſſim

purissimæ spiritualitatis placita stabilire, & animi horrore amovere ea omnia quæ illusioni favere possunt.

Totum mei libri systema ad duo essentialia capita redit. Primum ut admitatur Caritas virtus Theologica quæ sit amor Dei independens à motivo præmij, & si in perfectissimæ Caritatis statu præmium semper optetur, alterum ut admittatur Caritatis perfectæ status in quo hæc virtus cæteras omnes præveniat, incitet earum actus, imperet & perficiat, motivis earum propriis & specificâ distinctione non ademptis, ita ut hujus status animabus nullus plerumque supersit mercenarius seu proprij commodi anxiè appetens affectus. En summatim mens operis. Ad singula deveniamus.

1. Quidquid non continetur in sacro doctrinæ deposito quod toti Pastorum corpori creditum est, perfectio esse non potest sed profana novitas & iniquitatis mysterium. Ita Carissimi Fratres, nullam admittere unquam debetis arcanam & Ecclesiæ incognitam traditionem de eminentissima Christianismi perfectione, qui hanc supponeret ut dixi, *multiplicatâ traditione, è medio* p. 263.

Vide articul. XLIV. libri mei p. 261. & 262. & 263.

tolleret traditionem, sectam parturiret hypocritarum in ipso Ecclesiæ sinu latentium: impium Gnosticorum & Manichæorum secretum renovaret; universa Fidei & morum fundamenta subrueret. Solummodo constat cum semper incumbendum sit ut promoveantur animæ ad amoris divini perfectionem ad quam omnes vocantur altissimæ perfectionis exercitia solis animabus ea verè sitientibus esse proponenda, ut ait Cassianus, *quæ sicut nobis à paucis qui antiquissimorum Patrum residui erant, tradita est, ita à nobis quoque non nisi rarissimis, ac verè sitientibus intimatur.* S. Clemens Alexandrinus ante Cassianum locutus fuerat de ea prudentia qua perfectissimum orationis genus ut amoris eminentissimi exercitia iis tantum proponantur animabus quæ hujus luce & suavitate moveri incipiant, sed nusquam agitur de arcano ullo dogmate, neque de ullo exercitio quod publicis Ecclesiæ dogmatibus non consentiat, solummodo perfectorum via distinguenda est à viâ *incipientium* & perfectionis regulæ perfectis *eminentius* exponendæ, quemadmodum ab Illustrissimis & Reverendissimis Archie-

Coll 10. c. 10. idem coll. 9. c. 24. & coll. 10. c. 8.

Strom. l. 6. p. 696. & alibi.

piſcopo Pariſienſi & Epiſcopo Meldenſi, & à Domino Tronſon atque à me dictum eſt in ultimo è 34. articulis olim apud vicum Iſſiacum Inter nos ſtatutis, Chriſti exemplo dicendum, *non poteſtis portare modo*, lacte illis opus eſt, non eſcâ ſecundum Apoſtoli verba.

2. Spem virtutem eſſe ſupernaturalem Fides docet, peccatoribus ineſſe poteſt, atque Amor Dei ut ſummi noſtri boni qui Amor Spei dicitur, in illis eſt amor verè ſupernaturalis & à Spiritu Sancto infuſus.

Qui Amorem illum cum naturali puræ concupiſcentiæ Amore confunderet, ſecundam virtutem Theologicam de gradu dejiceret. Atque ut ab hoc errore præcaverem, duos ſtatui diverſos gradus cum diverſis definitionibus, primum naturalis puræ concupiſcentiæ *p.* 3.4.5. Amoris, alterum ſupernaturalis Chriſtianæ Spei Amoris. Dixi hunc amorem *eſſe initium converſionis ad Deum*. Retuli verba ſancti Franciſci Saleſij qui ait, *magnum diſcrimen eſt inter hanc vocem, Deum amo propter bonum quod ab eo expecto, & iſtam, non amo Deum niſi propter bonum quod ab eo expecto.*

Præterea dixi animæ ſperanti *ineſſe initium amoris Dei propter ipſum*. Manifeſtum eſt talem Amorem non poſſe naturalem eſſe, ideoque à gratiá oriri. Supernaturalis ille ſpei amor differt non tantum ab inordinato puræ concupiſcentiæ Amore, verum & à quolibet ordinaro Amore qui tantum naturalis eſt.

Diligenter quoque diſtinguendus eſt Spei actus à ſtatu hominis etiamnum peccatoris qui actum illum elicit. Actus Spei includit amorem Dei ut noſtri ſummi boni, nullo alio objecto illi antepoſito, ſtatus autem peccatoris ſperantis nondum eſt ſtatus qui Deum præferat peccatori.

Quum initio de quinque Amoribus locutus fui, de variis quinque ſtatibus loqui animus mihi fuit, liber ſolum aperiendus eſt ut id manifeſtè appareat. Quidquid in libri ſerie dico de 4. & 5. Amore qui ſunt mei operis argumentum, ſolis poteſt ſtatibus convenire, cum ad unum quemque horum Amorum reducam omnes omnium virtutum diſtinctos actus toti vitæ generi competentes. Liquet ergo meos quinque Amores eſſe quinque ſtatus, ac proindè quæ

dixi de motivo quod in Amore Spei dominatur, non ſpectare hujus virtutis actum, ſed ſperantis animæ ſtatum. Atqui verum eſt in animâ quæ ſperat antequam ſit in chriſtianâ juſtitiâ dominari motivum privatæ utilitatis, id eſt eam animam ante ſuam juſtificationem non dum eſſe ſtabilitam in Amore quo Deum præferat ſibi, quamvis actus Spei importet Amorem Dei ut ſummi boni.

3. Perfectiſſimæ animæ nedum ſuam ſalutem æternam ſperare deſinant, illam multo amplius quam animæ minus perfectæ, ſperant. Amicitia enim ut ait S. Thomas ſpem auget, *de amicis maximè ſperamus*. Quapropter nunquam licet ſub prætextu nos ipſos latentibus Dei voluntatibus conformandi, noſtræ reprobationi conſentire. Voluntas enim quoad noſtram ſalutem nobis eſt ſignificata, & immutabilis norma eſt cui nos perpetuò adjungere teneamur.

2. 2. *q*. 17. *art*. 8.

Notate dixiſſe me loquendo de animabus. *Una eſt illis norma, nimirum ſcriptæ legis præcepta & conſilia, atque gratia actualis legi perpetuò conformis*, dixi, *poſitivam & ſcriptam volunta-*

p. 65. & 66.

p. 150.

tem . . . . esse omnium voluntatum, omniumque nostrarum actionum certam & immutabilem regulam. Non quod non debeamus nos quoque conformare voluntatibus beneplaciti, quamvis non sint scriptæ aut significatæ, sed quod intervenire possit illusio in ratione cognoscendi illas voluntates quæ pro variâ gratiæ suavitate variari possunt. Ut illusionis periculo occurrerem volui nullo pretextu immutabilem significatarum voluntatum normam deseri posse, quia sicut annotaveram, *hæc* beneplaciti *voluntas quæ nobis per actualem gratiam innotescit, legi semper conformis est*, dixi, *simplicis permissionis voluntatem nunquam nostram esse regulam*, nostra proinde reprobatio quæ nullum habere potest fundamentum præter voluntatem simplicis quoad nostram finalem impœnitentiam permissionis, nunquam juxta me ullius nostræ voluntatis norma esse potest, dixi, *animam nedum in Dei odium positivè consentiat, ne quidem indirectè consentire ut ab eo amando, vel uno temporis puncto cesset*, dixi, *nunquam debere Directorem animæ suadere aut permittere posse ut liberâ & voluntariâ*

p. 151.
p. 91.
p. 92.

persuasione positivè credat se reprobatam, nec jam sibi vel gratuito desiderio p. 61.
optanda esse promissa. En casus maximè decretorius nimirum extremæ probationis. Jam æquanimus lector judicet utrum Authori imputandum sit voluisse ut æternæ suæ damnationi consentirent animæ quod dixerit, *sancta indifferentia admittit non solum distincta deside-* p. 91.
ria & expressas petitiones ut omnes Dei voluntates nobis cognitæ perficiantur, sed in universum desideria ad omnes Dei voluntates nobis incognitas. Illæ Dei voluntates quas non cognovimus, non possunt adversari significatæ quoad nostram salutem voluntati quæ juxta me, *nostra est immutabilis regula* ergo solummodo ad incertos vitæ eventus pertinent. Quomodo suæ reprobationi consentiret, *qui suam salutem ut est Dei beneplacitum* plenissimè cupit, quemadmodum in eâdem paginâ paulò ante dixi? Quomodo in æternum Dei odium consentiat qui nedum in id consentiat, *nequidem uno temporis puncto ab eo amnado cesset*? Quomodo beneplaciti voluntati incognitæ quoad reprobationem se se conformet, qui non aliam actu habet *immutabilem normam* p. 159.

quam voluntatem significatam quoad suam salutem ? Quomodo consentiat suæ reprobationi ille cui Director nequidem permittere possit, *ut credat se à Deo reprobatum, neque jam promissa*
p. 92. *esse optanda ?* Quomodo consentiat reprobationi *qui scit voluntatem simplicis*
p. 151. *permissionis nunquam suam esse regulam*, & reprobationi non aliud esse posse fundamentum præter permissivam nostræ finalis impœnitentiæ voluntatem ? De-
p. 93. niquè quomodo velit Deo in æternum esse inimicus, qui his nititur principiis quæ non sinunt, *ut se à Deo derelictum credat*, aut supponat, *nullam sibi jam*
pag. 32. *superesse misericordiam ?* Quomodo
73.105. æternùm damnari velit qui se ipsum in
106.107 Deo diligit, qui sibi cupit & sperat
108.109 universa Dei promissa, qui indesinen-
110.111 ter sibi invigilat, *qui vult suam salutem*
112. & *quatenus est suum bonum, sua beatitu-*
113. *do, suum præmium.*

p. 44. Perfectissimæ animæ non solum optant atque expectant suam salutem cum omnibus gratiis quæ ad èam ducunt, sed eam quoque optant, hâc præcisâ ratione quia earum bonum est, non enim possumus salutem velle ut rem quam Deus vult, quamque vult

nos ad ejus gloriam velle, quin eam velimus hâc præcisâ ratione quia nostrum bonum est, cum eâdem ratione Deus eam velit, jubeatque ut eam velimus.

Propria ergo objecti bonitas aut præcisa ratio quod nobis sit bonum, hominis voluntatem verè movet & excitat. Divinæ voluntati conformitas à Deo proprium Spei motivum non excludit, ut contra evidenter illud includat. Essentiale quippè est ut nos Dei voluntati conformemus non solum ut objectum velle, sed insuper illud velle propter bonitatis gradum quem in eo posuit Deus & propter ejus cum nostro fine ultimo convenientiam. Ergo persuasum esse debet summum nobis bonum esse proprium & essentiale Spei motivum.

Superest sciendum an nostrum bonum vocandum sit *nostrum commodum quod vocant, interesse*, vox illa *interesse seu commodum*, duplici sensu usurpari potest, aut simpliciter pro omni objecto quod nobis bonum & utile esse potest, aut pro affectu quo per naturalem nostri amorem objecto illi adhæremus.

In primo ſenſu quiſque dicere poteſt ut dixi, *Beatitudinem commodorum* pag. 45. & 46. *noſtrorum eſſe maximum*, ſed juxta alterum ſenſum qui in Gallicâ linguâ magis naturalis & uſitatior eſt, vox illa, *intereſſe*, exprimit imperfectionem eo quod anima cum ſupernaturali erga ſe ipſam amore agere deberet, agat naturali ſui amore qui à ſurpernaturali Spei amore ſummoperè differt. pag. 45. Quapropter cum ante dixiſſem, *objectum eſt meum intereſſe*, addidi *ſed motivum non eſt intereſſatum ſeu mercenarium*. Quippè perfectæ animæ planè volunt ſuum ſummum bonum ut tale, ſed illud plerumque affectu mercenario non volunt. Hæ voces *proprium intereſſe & motivum intereſſatum, ſeu mercenarium* adhuc magis quam ſimplex vox, *intereſſe*, determinantur in linguâ Gallicâ ad ſignificandum hunc imperfectum affectum. Ita cum dixi in duobus tribuſve locis ſummum bonum eſſe noſtum *intereſſe* ſeu noſtrum commodum, nunquam tamen hanc vocem, *intereſſe ſeu commodum* uſurpavi huic adjungendo hanc vocem *proprium*, niſi ad ſignificandum naturalem illum noſtri ipſorum Amorem ſeu mercenarium

affectum qui constituit illam quam Sancti vocant proprietatem atque hoc ipsum maximi interest attentè animadvertere in tota libri mei serie cujus omne systema totum unicè pendet à vero intellectu hujus termini quem adhibui sicut probatissimi vitæ spiritualis Authores ante me eum adhibuerant.

Denique ne verbo ambiguo diutius immoremur, existimandum est, *illud interesse seu commodum* spei essentiale esse, si per *commodum* intelligatur bonorum maximum, at si per id quod interest seu commodum intelligatur naturalis & mercenarius affectus, contra oportet ut id commodum seu motivum mercenarium, plerumque in perfectis animabus jam non occurrat. Beata Virgo per totam vitam speravit, nec tamen unquam interessata seu mercenaria fuit. Unde colligo aliquem posse exercere Spem cum ipsius motivo quod summum est nostrum bonum, quamvis ad eam per mercenarium motivum non excitetur. Naturalis ille amor de quo hîc loquor malus est cum non ordinatur & in nobis ipsis sistit. Cum autem rectâ ratione ordinatur bonus est &

ordini conformis. Nihilominus quamvis ordine regatur, est in Christianis imperfectio, seu ut melius dicam, minor perfectio, quia sistit in ordine naturali qui supernaturali inferior est. Naturalis ille & deliberatus nostri ipsorum mor ab omnibus ferè Theologis agnoscitur. Eum in verbis sancti Thomæ & Estij in margine adscriptis stabilitum reperietis. *

4. Præterea advertendum est, Carissimi Fratres, admisisse me vim omnem quam Schola specifico Spei motivo tribuit, id autem quod Schola motivum vocat, non vocavi *motivum*, sed pro motivo dixi *formale* objectum, quod in Schola idem significat. Initio ad ponendum dogmatis fundamentum dixi, formale Spei objectum *esse meum bonum, quatenus est meum bonum sub hac præcisione, secundum hunc conceptum formalem, sub hac reduplicatione.* Atque hi sunt præcipui termini quibus

pag. 42. 43. 44. & 45.

* *Amor autem sui .... à caritate quidem distinguitur, sed caritati non contrariatur.*

Puta cum aliquis diligit seipsum secundum rationem proprij boni, ita tamen quod in hoc proprio bono non constituat finem, sicut etiam & ad proximum potest esse aliqua specialis dilectio præter dilectionem caritatis, quæ fundatur in Deo, dùm proximus diligitur ratione con-

molitatis, consanguinitatis, vel alicujus alterius conditionis humanæ quæ tamen referibilis sit ad caritatem. D.Th.2.2. q.18.a.6. in corp.

Licet timor ille ex amore justitiæ non procedat, sed tantùm ex amore vitæ temporalis ... ità nec peccare fidelem, dum metuit gehennam, & hoc metu facit opus legis, nulla alioqui circumstantia suum actum sivè internum, sive externum depravante, licet non ex amore justitiæ timor ille & opus inde subsecutum proficiscatur. Procedit enim ex amore quo naturaliter quisque sibi vult benè, & in genere fœlicitatem appetit. Estius in lib.3. sent. dist.34. §.8.

exprimitur meum bonum, quatenus est meum bonum, quo voluntas mea verè movetur. Fateor quidem unam hanc vocem, *motivum* à me illo loco non esse adhibitam in eâ significatione quam Schola ei tribuit, sed putavi posse me dogmate tot æquipollentibus vocibus jam stabilito absque scrupulo hanc vocem *motivum* servare ad significandum amoris *principium*, quo agimus. Atque ita in nostrâ Gallicâ linguâ sæpiùs usurpatur. De avaro dicimus eum parcere sumptibus motivo avaritiæ, & de ambitioso negotiis se implicare ambitionis motivo. Per motivum tunc intelligimus affectum quo animus commovetur. Volui eodem modo loqui de

variis Amoribus qui voluntatē nostram excitare possunt. Quum quis naturali sui amore excitatur, agit per motivum proprij commodi, seu per motivum mercenarium. Quum autem uno supernaturali Amore excitatur, agit per gratuitum motivum. Hîc sermo mihi & facilior visus est & Mysticis qui [illegible] sermoni non sunt assuefacti, accommodatior illorum gratiâ scribebam, ut rationem præcavendæ illusionis edocerent.

5. Idem de cæteris virtutibus quod de Spe cogitandum: servare perpetuò debent sua exercitia distincta ac proinde sua propria motiva. Dixi quidem post Augustinum summum Amorem seu Caritatem omnes unum fieri virtutes. *Nihil omninò esse virtutem affirmaverim, nisi summum amorem Dei.* Sed eo tantum sensu quod Caritas, ut ait S. Thomas, omnium virtutum sit parens. Idem S. Augustinus qui sic loquitur, dicit tamen eodem loco virtutes specificari varietate earum affectuum seu motivorum. *Ex ipsius amoris vario quodam affectu.* Hæc virtutum motiva, superiore divinæ gloriæ motivo & gratuiti Amoris liberalitate altius licet

Aug. de morib. Eccl. l. 1. c. 5.

evecta, non minus virtutibus propria & eſſentialia ſunt, nec minus verè voluntatem in hac perfecta ſubordinatione movent.

Hæc doctrina congruit 34. articulis quos olim ad vicum Iſſiacum ſtatui cum Illuſtriſſimis & Reverendiſſimis Archiepiſcopo Pariſienſi & Epiſcopo Meldenſi, & venerabili Domino Tronſon. Diximus in 13. articulo. *In vitâ &* p. 223.
in oratione perfectiſſimâ omnes actus 224.
vitæ interioris *in unâ Caritate adunan-* 225.
226.
tur quatenus virtutes omnes incitat earumque exercitium imperat. Profeſſus fui hac coadunatione nunquam excludi diſtinctum cujuſque virtutis exercitium.

Addidi *tunc animam virtutes non jam propter ſe velle*, ideſt propter proprium commodum, ſeu propter naturalem & mercenarium affectum, tuncque eas exerceri à nobis non reputantibus utilitatem ad nos inde venturam, atque etiam annotavi liberalem animam non jam velle ipſum amorem per p 135.
mercenariam ſuæ perfectionis appetitionem, ideſt per illud principium quod poſt Beatum Joannem à Cruce, *ſpiritualem avaritiam & ambitionem nuncupavi.*

Verùm dixi quoque non agi nisi de
p. 134. amputandâ *proprietate aut spirituali*
135.136 *commodo in virtutibus. Virtutum pro-*
137. *prietatis abjectio non est*, ut annotavi *nisi abnegatio totius ad se respectûs solatij & proprij commodi in exercendis*
p. 271. *à puro amore virtutibus*. Alibi hac expressâ locutione usus sum, *non sapientiam sed unam sapientiæ proprietatem rejiciunt, non magis sapientiam quam cæteras omnes virtutes sibi ut proprias*
p. 214. *vindicant*. A perfectis non excludi *nisi*
& 215. *studiosam sui considerationem quo de suâ sapientiâ fidem sibi faciant eâque ut propriâ perfruantur.*

6. Positum à me discrimen inter perfectas seu liberales animas & minùs perfectas quæ à Patribus adhuc *mercenariæ* existimantur, & à posteriorum temporum Sanctis *Proprietariæ* dicuntur, in eo situm est quod minùs perfectæ animæ præter supernaturalem quo se in Deo diligunt Amorem, naturali & deliberato adhuc afficiantur Amore sui qui mercenarium affectum seu mercenariam voluntatis dispositionem constituit. Hic mercenarius affectus licet non penetret nec positivè influat in supernaturales illos actus vo-

luntatis, perfectionem eo minuit quod voluntas bonum & puriùs & fortiùs velit cum se uno Caritatis amore anima prosequitur, quam quum se & Caritatis amore, & naturali amore diligit. Contra perfectæ animæ plerumque non se diligunt nisi supernaturali amore quo sibi omnia Dei dona cupiunt. *In perfectissimâ vitâ omnes interioris vitæ actus in una Caritate adunantur.* Quod omnes virtutes præveniat & animet, earumque actus imperet ut eos ad suum finem referat. Hinc colligitur minùs perfectarum animarum statum duos Amores habere adjunctos, licet supernaturales virtutum actus, nullam inde admixtionem patiantur. Hinc etiam colligitur distinctum in perfectissimis animabus omnium virtutum exercitium & si proprium cujusque virtutis motivum servet, gratuitum tamen inveniri non minùs ac ipsa Caritas quæ illum imperat & incitat. Nam juxta sancti Thomæ doctrinam actus imperatæ virtutis *transeunt in speciem & assumunt speciem virtutis* à quâ imperantur suâ non amissâ. Sic actus Spei, non amissâ suâ specie nec proprio motivo assumit perfectionem & liberalitatem

part. 3. *q.* 85. *a.* 2. *ad* 1. 2. 2. *q.* 154. *a.* 8. 1

Caritatis quæ actum illum imperat. Hic ille est *vitæ perfectissimæ status quem habitualem puri amoris* statum nuncupavi. Sæpius dixi statum illum tantum *esse habitualem, nec omnis variationis expertem*, ut exprimerem solum esse ordinarium modum quo voluntas suos actus elicit. Hæc generalis restrictio sæpius in meo libro repetita, particularia attemperat loca in quibus exclusiones maximè universales & absolutæ leguntur, variationes statum relinquunt ut eum reperiunt, id est variationi obnoxium nec eum alterant. Ita status admittit quidem transeuntes aliquos Spei, aliarumque virtutum actus, qui à Caritate non præveniantur nec imperentur. At certè hujus status omnes ferè actus quatenus in solâ Caritate coadunati, ut modo vidimus, sunt gratuiti sicut & ipsa Caritas, secundum illud Apostoli, *omnia vestra in Caritate fiant.*

Avert. p. 179. p. 272.

7. Caritas sumpta pro 3â. virtute Theologica semper est pura & gratuita, quia semper Amor est tendens in Deum in se ipso infinitè perfectum sine relatione ad bonum quod ab ipso ad nos

manare poteſt. In ſimplici Caritatis actu Deus propter ipſum diligitur, non autem noſtræ Beatitudinis motivo quamvis aliunde, ſcilicet actibus Spei Deus nobis ut ſumma noſtra fœlicitas deſiderandus ſit. Caritatis actus poſſunt eſſe plus minuſve frequentes, plus minuſve eminentes, verùm ſunt ſemper ejuſdem ſpeciei tam in perfectis animabus quam in imperfectis. Quum meum 4. amorem nominavi *mercenarium*, tantum id feci, ut oſtenderem hujus ſtatus animæ adhuc ſupereſſe aliquam proprij commodi appetitionem ſeu mercenarium affectum qui plerumque in ipſâ agit, quamvis Caritatis actus ejus ſint puriſſimi.

S. Th. 2. p. 2. q. 17. a. 6 & 8 & q. 23.

p. 15.

Si nunquam à nobis diligi poſſet Deus abſque noſtræ Beatitudinis motivo; Moyſis & Pauli vota à Spiritu Sancto inſpirata, alterum ut *deleretur de libro*, alterum *ut eſſet anathema pro fratribus*, nullum realem ſenſum ſortirentur. Mutandæ eſſent omnes Catechiſmorum quoad perfectæ contritionis actus ideæ, omnes etiam rejiciendi eſſent gratuiti quantum ad beatitudinem amoris affectus quos paſſim legere eſt in libris tot ſanctorum quos in album

retulit Ecclesia, & damnandi tot graves Theologi qui nobis hanc de Caritate notitiam indidere. Ergo concludo Caritatem ex natura propriorum ipsius actuum nobis non quærere Beatitudinem. Sed facit ut vel perfectissimæ animæ eam frequenter desiderent, eo quod in illis plerumque Spei actus, excitet, animet & imperet.

8. Si dixi *amorem*, quem *puræ concupiscentiæ nominavi ad justitiam nos præparare*, addidi *quatenus animi cupiditatibus præponderat*, ut sic explicarem hanc præparationem nihil habere positivi & realis, sed tantum violentorum animi motuum impedimenta tollere. Addidi hoc amore, *nos prudentes*
p.17. *effici ad cognoscendum ubi sit verum bonum*. Atque id dixi post S. Bernardum cujus hæc verba sunt. *Amat ergo jam Deum, sed propter se interim adhuc non propter ipsum, est tamen quædam pru-*
de dilig. *dentia scire quid ex Dei adjutorio possis.*
Deo c.9. Dixi *non esse reale interioris justitiæ ini-*
p. 18. *tium* quod juxta S. Concilij Tridentini doctrinam non potest oriri nisi ex gratiâ. Postremo affirmavi hoc unum præstare ut nostras cupiditates cohibeat,
*p.*20. & nos habiles efficiat ad Fidei verb placidè audienda.

9. Di-

9. Dixi poſt Auguſtinum, quidquid ex principio Caritatis non oritur, ex cupiditate oriri. At in eo libri mei loco per *Caritatem* intellexi omnem ordinis in ſe ipſo conſiderati amorem, & per *cupiditatem* omnem privatum noſtri amorem, ſed hunc loquendi modum ſemel tantum adhibui & habito ad S. Auguſtini verba reſpectu verum quidem eſt noſtri amorem qui cum ordinatur bonus eſt, *fieri unicam omnium vitiorum radicem cum non ordinatur*. Omni mei libri ſyſtemate ſupponente amputationem proprij commodi ſeu mercenarij affectus qui naturalis & deliberatus noſtri ipſorum amor eſt, & qui imperfectus eſt licet non ſit peccatum, nulli minus quam mihi imputandum eſt voluiſſe ſublatum medium omne inter Caritatem virtutem Theologicam & cupiditatem vitioſam. *pag.* 7. *pag.* 8.

10. Extremæ probationes quas experti tot Sancti retulere, ad ſequentem doctrinam reducuntur.

1. Suppoſitio quam animæ tunc faciunt de damnatione ſuâ ad æterna ſupplicia, etſi in Dei Amore perſeverare velint, eſt *impoſſibilis*. Id expreſsè dixi. *pag.* 86.

2. Persuasio qua illæ animæ se damnatas ad æterna supplicia opinantur,
pag. 87. *non est ex intimâ conscientiâ*. Quod Deo contrarium in se conspicere sibi viden-
pag. 88. tur *est tantum apparens non verum. Desperationis impressio solum est involunta-*
pag. 90. *ria*, atque etiam, *convictio est non intima sed apparens.* Non est vera persuasio, *est quædam quasi persuasio. Ani-*
pag. 88. *ma unam amittit sensibilem in bono delectationem suavem & affectivum fer-*
pag. 81. *vorem, sollicitos & mercenarios virtu-*
& 82. *tum actus, certitudinem quæ confectâ re, ex mercenariâ mentis reputatione oritur qua gratum de suâ fidelitate testimonium sibi exhibeat*. Ut propriè loquar animæ illæ verum de suo statu judicium non ferunt, non judicant, sibi videntur solum Deo adversari ut animæ scrupulis obnoxiæ quæ quotidie occurrunt, ab eis tantum scrupulo plus minusve differunt. Imaginaria est perturbatio quam Deus permittit in iis animabus maximâ aliunde fortitudine & intelligentiâ præditis ut omne ad se perfugium amittant.

3. Animadvertite in consueto statu eminentissimas animas posse beatitudinem æternam quatenus illa tantum est

bonum creatum Deo conditionatè devovere, licet divino amori nunquam renuntient. Talia fuere Moïsis & Pauli vota. Talis est affectio Gnostici seu perfecti contemplantis apud S. Clementem Alexandrinum.* 1. Talis etiam perfectorum Christianorum secundum testimonia S. Gregorij Nazianzeni. 2. S. Chrisost. 3. S. Augustini. 4. Cassiani. 5. Theodoreti. 6. Joannis Antiocheni. 7. S. Isidori Pelusiotæ. 8. Photij qui Eulogi Patriarchæ Alexandini verba refert. 9. Theophilacti. 10. S. Anselmi. 11. Hugonis à S. Victore. 12. S. Thomæ. 13. Cardinalis Toleti. 14. Estij. 15. Sylvij. 16. ingentisque celebrium Theologorum numeri. Legimus etiamin historiâ persecutionis Vvandalicæin Africâ sanctum Martyrum hoc conditionale sacrificium tormentorum intuitu edidisse. Vict. utic. de persec. Vandal. l. 5. c. 4. Dicitur æternæ gloriæ privationem paterer, si per impossibile, Deus me in æternis suppliciis extra ejus amoris jacturâ detinens ampliùs glorificaretur.

*1 *Strō. l. 4. p. 528. & 532.* 2. 1. *orat.* 3. *in ep. ad Rom.* 4. *de civ. l. 21. c.* 5. 5. *coll.* 9. *c.* 18. 6. *in ep. ad Rom.* 7. *in ep. ad Theodoret.* 8. *l.* 2. *p.* 147. 9. *bibl. p.* 1603. 10 *in ep. ad Rom.* 11. *de mens. cruc. c.* 4. 12. *in ep. ad Rom. q.* 232. *tom.* 1 *p.* 405. *c.* 1. *l c.* 13. *in ep. ad Rom. p.* 101. & 102. 14 *Instruct. Sacerd. l.* 4. *c.* 9. *p.* 523. *edit. Lugd. apud ap. Aniss.* 15. *in ep. ad Rom.* 16. *in* 2. 2. *q.* 27. *a* 3.

4. Unicus eſt ſummarum probationum caſus in quo non jam conditionales termini adhiberentur, ſed forma abſoluta. Jam non dicitur vellem &c. ſed volo. ſic. v. g. locuta eſt Beata Angela de Fuliniaco. Sic & locutus eſt S. Franciſcus Saleſius qui illam tantopere laudavit. In 1. caſu in quo ſacrificium non erat niſi conditionale, realiter ſpectabat id quod Theologi vocant formalem Beatitudinem ſeu creatam quatenus ab Amore divino ſejunctam. At in 2. caſu in quo termini formam habent abſolutam, ſacrificium non cadit in Beatitudinem nequidem creatam. Cadit in unum proprium
pag. 90. & 91. *quoad æternitatem commodum.* Atque id à multis lectoribus auſim affirmare non ſatis animadverſum in meo libro ubi nominatim id annotavi, atque hîc diligenter revocandum eſt quod à me *de commodo* dictum eſt, hanc vocem *commodum*, addita illi hac voce *proprium* nunquam uſurpavi niſi pro ſola naturalis noſtri ipſorum Amoris delectatione ſeu mercenario affectu. Si per commodum ſummum bonum intelligeretur, abſolutum commodi ſacrificium eſſet veræ deſperationis actus & impie-

tatis cumulus. Sed cum per proprium commodum non intelligitur nisi mercenarius affectus ex naturali nostri ipsorum Amore ortus, manifestè sequitur *hoc sacrificium* seu simplicem assensum non posse unquam cadere nisi in illam naturalis Amoris delectationem in quâ consistit proprietas animarum quæ mercenariæ sunt. Quantum ad mercenarium illum affectum seu proprietatem quam universi Sancti veteres nobis exprimunt ut imperfectionem quotidie minuendam, hujus sacrificium potest esse absolutum quamvis salutis sacrificium nunquam absolutum esse possit. Deo imperfectionem absque restricto potest quis devovere, & solatij omnino naturalis jacturæ consentire, quamvis promissorum bonorum jacturæ nemo unquam consentire possit. Tunc anima nihil aliud agit quam ut velit in divino Amore persistere, orbata licet omnibus, vel maximè sensibilibus præsidiis quibus naturalis & mercenarius Amor libenter innitereture. Sacrificium illud magnum est, anima quippè omne præsidium amittit, nulloque fulcitur subsidio nisi gratiæ cui tunc nihil sensibile, nihil inest

p. 138. delectabile, *quapropter dixi animam non amittere nisi mercenarium de suâ perfectione testimonium, non amittere gratuitum promissionum in se adimplendarum desiderium, acerbissimam tentationem eò tantum pertinere, ut omne illi notum subsidium auferatur, nullumque privatæ utilitatis appetitioni perfugium relinquatur.*

Dixi animam in hoc statu in parte pag. 91. superiore, id est in voluntate *servare perfectam spem quæ est gratuitum promissionum desiderium.* Liquet sacrificium cadere non posse in eâ quæ multo ardentius quàm anteà exoptantur. Atqui juxtà me promissiones, id est omnia promissa bona optare anima perseverat. Ergo juxta me sacrificium seu consensus in nullum è promissis bonis cadere nunquam potest. Mercenarius affectús, seu proprium commodum est præcisè illud quod devovetur. Contra salus est promissum bonum quod optatur & amplius quam anteà expectatur. Unum amputo proprium commodum quod nunquam cum salute confundi potest. pag. 94. Servo perfectam spem quæ *gratuitum est promissionum desiderium.* Idem iterum in falso articulo repeto ut sic dam-

nem eos qui hoc ſacrificio ſeu aſſenſu ſublatam vellent *ſpem, ſive gratuitum promiſſorum deſiderium.*

Is certè in eodem articulo ſibi ipſi quam ſtultiſſimè contradiceret qui hinc ſaluti renuntiandum, inde ſimul eandem ſalutem ardentius quam anteà & optandam & expectandam eſſe contenderet. Nonne æquius eſt præciſas Autoris voces ſequi? Non ne planius cogitare me voluiſſe ut ſalus ſemper optaretur, ſed abſque commodo ſeu mercenario affectu, & Deo tantum devoveretur naturalis & imperfectus ille affectus qui proprium commodum conſtituit, nunquam autem devotâ ſalute quam ſemper optandam eſſe fides docet? Hæc ſola eſt ratio me perfectè mecum conciliandi, ac proindè verum libri mei ſenſum inveſtigandi.

Equidem dixi, *directorem poſſe huic animæ permittere ut ſimpliciter acquieſcat propri commodi jacturæ, ſeu mercenarij affectus & juſtæ damnationi quam ſibi à Deo indictam arbitratur.* Sed evidens eſt damnationem quam proprio commodo adjungo ad illud commodum præcisè reſtringi. Anima ſibi videtur ſuis peccatis adverſa Deo, & pag. 91.

pro Deo contra ſe ipſam vertitur. Dicit, *peccatum contra me eſt ſemper.* At poteſtne mihi imputari quod voluerim hanc peccati ſui damnationem cui præ Amore anima illa acquieſcit, eſſe æternam ipſius reprobationem. Solummodo legenda ſunt ea quæ ſequuntur periodum unde hæc objectio deſumpta eſt. En
pag. 92. mea verba. *Nunquam autem debet ei aut ſuadere aut permittere ut libera & voluntaria perſuaſione poſitivè credat ſe reprobari, nec jam ſibi gratuito optanda eſſe promiſſa.* Ergo ſimplex juſtæ damnationi aſſenſus, nullatenus poteſt eſſe aſſenſus reprobationi, cum eam credere nunquam liceat, nec jacturæ promiſſionum, cum eas ſemper optandas declararem. Anima interiore cruciatu turbata Deum intueri iratum imaginatur ut Job eum ſibi conſpicere videbatur cum dicebat, *quaſi tumentes ſuper*
c. 31. v. 23. *me fluctus timui Deum & pondus ejus ferre non potui.* Ipſiſſima Sancti hujus viri verba retuli ſic ea vertendo. *Iram*
pag. 89. & 90. *Dei conſpicit tumentem ſibique imminentem ut maris fluctus quibus mox ſubmergenda ſit.* Certè vir ille ſuſpiciendus ſperare nunquam deſtitit. Nihilominus exclamat. *Indignatio ebibit ſpi-*
c. 6. v. 4.

*um meum & terrores Domini militant
ntra me.* Eo uſque progreditur ut ex-
ɔcat in ſe *hanc deſperationis impreſ-
nem* de qua locutus ſum. *Anima mea,* cap. 7.
quit, *elegit ſuſpendium & mortem oſſa* v. 15. 16.
a. Nequaquam ultra jam vivam. 19. 20.
*queque non parcis mihi nec dimittis
ut glutiam ſalivam meam? Peccavi
id faciam tibi ô cuſtos hominum? Quid
poſuiſti contrarium tibi & factus ſum
bimetipſi gravis.* Procul dubio vera
ere ſibi videbatur cum ſic contra ſe
ıc loquebatur. Sed hæc *involuntaria
perationis impreſſio* à deſperatione
ıgiſſimè differt. Deſperatio actus eſt
liberatus qui eſt conſummata impie-
. Actus eſt voluntatis quam comi-
ur intellectus. *Deſperationis impreſ-*
non eſt niſi in imaginatione adeo-
e *involuntaria* eſt quia voluntas huic
llo modo communicat, nec obſtante
a impreſſione, ſperare non ceſſat.
ı confundere *deſperationis impreſſio-
n* cum deſperatione, eſſet confun-
re imaginationem cum voluntate &
ıtationem cum peccato, ea vox,
preſſio, ſemper uſurpata eſt pro ſen-
ione quæ ſolùm in animâ imprimi-
, quamvis illi non conſentiat. v. g.

D. Episc. Melden. inst. de statib. orat. p. 338. & 339.

sic de S. Francisco Salesio dicitur. *Eum in adolescentiâ diu tulisse reprobationis impressionem . . . & velut certum mortis responsum.* Non tamen voluntaria erat & vera de suâ æternâ reprobatione persuasio, nec veræ desperationis actum edidit. Sic Reverend. & Illustrissimus Episcopus Meldensis qui hæc è Sancti Francisci Salesij vitâ deprompsit verba, approbans ea, præterea affirmat, *Matrem Mariam de Incarnatione Ursulinam quam nostri temporis & novi orbis Thereziam vocant in acerrimâ inexorabilis justitiæ Dei impressione se ad æternas pœnas damnasse, ad easque se ipsam obtulisse ut Dei justitiæ satisfaceret, dummodò* inquiebat *Dei Amore & Deo ipso non caream. Illa inexorabilis justitiæ impressio*, non est voluntaria & absoluta hujus justitiæ acceptatio, sed simplex sensatio quæ animæ ipsi invitæ imprimitur. *Inexorabilis* enim justitia, importat damnationem *ad æternos cruciatus qui justitiæ Dei satisfaciant.* Ergo hæ voces *impressio desperationis* nihil significant præter sensationem qua perturbantur sensus & imaginatio voluntate invita, & sine ullâ reali intellectus persuasione. Nihil attinet dicere

Inst de statib. orat. p. 343.

ista esse tenuia, subtilia & extricatu difficilia. Constat vera esse & reverenda quamvis non satis comprehendantur, cum Sancti se ea expertos esse profiteantur, ut creduntur multa alia etiam naturalia quæ intra nos quotidie geruntur, & quæ nitidius explicare minimè possumus.

Anima extremo cruciatu afflicta se ream esse imaginatur, & Deum justè sibi iratum videt. Simul perterretur imaginarij sui peccati horrore, & apparenti indignatione Dei quem diligit, & cui stat contra se ipsam præ Amore. *Justa illa condemnatio* non est nisi Dei ad peccatum oppositio, & divina ira cujus juxta impressio omni peccatori ferenda est. Sed debet ne juxta me anima se totam huic iræ permittere? Imo affirmo tunc *promissa gratuito desiderio esse optanda*. Non ne desideramus ut Deus nos in ira sua non corripiat, & ad ejus misericordiam confugimus *cum desideramus promissa* quæ sunt ipsæ Patris celestis *miserationes*? Præterea in articulo falso professus fui non licitum esse credere *nos à Deo esse desertos*, & nullam nobis jam superesse *misericordiam*, contra *sincerè eam esse cupiendam*.

pag. 93. Denique dixi, *hoc ſacrificio ſeu conſenſu plerumque pacem animæ reſtitui & tentationem ſedari, huic uni ſcilicet purgando Amori deſtinatam.* Et quidem exiſtimo tales actus nunquam niſi utilitate maximâ & extrema neceſſitate animabus inſpirandos eſſe aut permittendos. Quoties earum pœna conſuetis remediis levari poteſt, toties ut ad illud deveniant non eſt ſinendum. Atque ut hoc remedium & minus frequenter & magis cautè adhiberetur, volui tunc ſolum tales actus permitti cum experimur animæ *perturbationem eſſe invincibilem* nihil conducentibus rationibus omnibus quæ ad ſedandam tentationem adhibentur.

Diximus in 33°. è noſtris articulis apud vicum Iſſiacum confectis, *poſſe inſpirari animabus pœnâ tentatis & verè humilibus ſubjectionem & conſenſum Dei voluntati quando vel falſiſſimâ ſuppoſitione loco æternorum bonorum quæ promiſit juſtis animabus eas beneplacito ſuo in æternis cruciatibus detineret quamvis tamen ejus gratiâ & Amore nullatenus careant, qui actus eſt perfectæ abnegationis & puri Amoris à Sanctis elicitus & qui ab animabus verè*

332

fectis gratiâ Dei maximè singulari *iter elici potest*, &c. *In perfectæ ab-* *ationis & puri amoris actus qui uti-* *r produci potest ab animabus pœnâ* *atis.* Atque ideo conducere potest pœnas earum sublevandas, ideſt ad *tationem sedandam.*

:a videmus S. Franciscum Salesium, *i diu reprobationis impressionem &* *ut certum mortis responsum tulisset...* *remis tam duri cruciatus angustiis* *dem coactum devenisse ad hoc terri-* *propositum, quando inquit, in alte-* *vitâ privandus sum visione & amore* *tam digni qui ametur, volo dum* *vixero omnibus viribus eniti ut eum* *animâ diligam. Hæc impossibilis* *ositio locum dedit actui quo sanctus* *rationem suam reperit. Dæmon enim,* *uit Autor hujus vitæ, tam gratuito* *amoris victus, illi victoriâ & loco* *t.* Hoc pacto *gratuitus actus* quo olutis terminis devovetur mercena- affectus à spiritualibus, *proprietas* *proprium commodum* nuncupatus, ducit ad restituendam pacem & ad ndam tentationem, quæ à Deo non nittitur nisi ad *purgandum amorem.*

Vita S. Lesii à Maupas. lib. 1. cap. 5. p. 25. & 26. relata à Rever. Episc. Meldēsi in suo lib. inscripto. Inst. de statib. orat. p. 339.

1. Dixi indifferentiam nihil esse

prӕter gratuiti amoris liberalitatem. Cavete, Cariſſimi fratres, ne inde concludatis nos debere eſſe indifferentes & deſideriis vacuos quoad æternam ſalutem. Amor quamlibet gratuitus nunquam excludere poteſt niſi proprij commodi ſtudioſa ſeu mercenaria deſideria. Actus autem ſpei & omnium Dei donorum deſideria quæ à Caritate imperantur & quæ fluunt ab eo tam puro amore quo nos ipſos ſemper proſequi debemus, tantum abeſt ut excludantur à perfectorum ſtatu, ut contra creſcere debeant ad eum modum quo Caritas creſcit. Poteſt ne quis ſe ipſum diligere perfectiſſimo amore nempè eo ipſo quo Deum diligit, nec ſummum bonum quod unum eſt neceſſarium ſibi exoptare? Indifferentia quæ ſeu mercenaria ſeu gratuita de ſalute deſideria excluderet, Caritatis quæ nos propter Deum nobis ipſis caros efficere debet, ordinem everteret, vitam omnem interiorem impiè extingueret, feram & portentoſam deſperationem induceret. Noſtra quidem deſideria quoad futuros eventus qui ut ſchola docet, à voluntate beneplaciti pendent ſuſpendere poſſu-

nus, nunquam autem cessare debemus
b iis optandis in quibus Dei volun-
as nobis lege divinâ significatur.
Atqui fide constat Deum salutem cu-
usque nostrûm velle, atque etiam vel-
e ut id credamus. Solummodo ve-
um est posse nos eadem gratuiti amo-
is liberalitate velle illa quæ nobis
rovidentia, & ea quæ nobis scriptu-
æ significant. Si bonum est velle per-
ectâ amoris liberalitate inferiora hu-
us vitæ bona, quanto magis convenit
ummum bonum perfectâ liberalitate
upere? ut liquido ex petitis à meo p.31.32.
bro expressis locis cognoscatur, p 73.
uanto animi horrore indifferentiam p. 107.
eu omnimodam desideriorum quoad 108.109
alutem & quoad cætera Dei dona sus- 110.111.
ensionem rejecerim, ea solum legen- 112.113.
a sunt quæ dixi de summâ quâ tene- 114 115
ur nos ipsos diligendi necessitate,
ujus dilectionis defectu, *Juxta Ma-
icheorum principium in impium animæ
dium incurreremus*, malâ naturâ sup-
ositâ quâ re *ordo evertitur*. Ut id re-
etam poteſtne quis se ipsum diligere
ummo bono quod unum est necessa-
ium, sibi non optato? ergo nos ipsos
emper amemus, fratres, non illo na-

turali amore qui *proprium commodum* constituit; sed eo quo nos in Deo & propter Deum amamus, & quo inducimur ad omnia Dei dona indesinenter nobis optanda. *Ipsum amemus* inquit,

Serm. 256. de tempore. August. *Propter ipsum, & nos in ipso tamen propter ipsum.* Conclusi *indifferentiam aut voluntatem absolutè suspensam ...... quoad æterna bona .... absolutam esse Christianissimi atque etiam humanitatis extinctionem, nec*

p. 58. 59. & 60. *verba satis odiosa excogitari posse ad indigitandam adeò portentosam amentiam.*

12. Cavete, Carissimi fratres, sinatis unquam suggeri fidelibus abnegationem quâ se abstineant ab optandis & à Deo cum universa Ecclesia petendis omnibus spiritualibus & temporalibus bonis quæ in panis quotidiani petitione generatim continentur, & quæ speciatim designantur piis precibus quas Ecclesia Spiritu Sancto animata in suum officium passim congessit. *Gnosticus* seu perfectus Clementis Alexandrini contemplans concipit juxta hunc Patrem desideria & postulationes, etiam cum est *Coryphæus*, idest ad altissimum perfectionis apicem

ctus, & conjunctus cum imperfe- eademque ipsi postulando in con- gatione fidelium precatur. Hæc hujus Patris verba. *Gnosticus ergo cum iis qui recentius crediderunt de precabitur de quibus etiam una agere venit*. Qui se non jam diligit nisi tate & eo amore quo proximum n in Deo & propter Deum diligit, minus se amat quam qui præter itatis amorem se naturali & mer- trio amore prosequitur. Quò per- iore amore nos diligimus, eò ar- tius vera bona nobis optamus. nia tunc nobis in providentiæ or- bona vel temporalia cupimus abs- anxietate, absque sollicitudine; nto à fortiori omnia nobis spiri- ia bona optamus ad salutem quæ amoris consummatio est? ergo ectissima anima cum Ecclesiâ cupit etit eadem omnino bona quæ im- ecta anima cupit eadem petendo. rimen omne quod inter eas inter- t non est ex parte objecti, sed ex e affectus quo voluntas illud desi- t: eo redit quod perfecta anima ia hæc bona plerumque non optet Caritatis amore, cum imperfecta

eadem insuper cupiat naturali amore quo mercenaria seu propriæ utilitatis
p 268. anxiè appetens efficitur. *Dixi omnem perfectionem ad habitualem puri & unici amoris-statum reduci.* En naturalis nostri ipsorum amoris amputatio per quam anima eò devenit ut solo plerumque Caritatis amore se diligat. *Addo hunc amorem in animabus gratuita*
p 268. *pace operari quidquid mixtus amor agit in cæteris superstite quadam mercenariâ sollicitudine. Uno verbo sola proprij commodi appetitio jam nec potest nec debet in amoris exercitio reperiri, cætera autem in eo multò quam in justorum multitudine abundantius affluunt.* Concludite ergo, Carissimi fratres, veros perfectos *etiam abundantius* quam justorum multitudo, omnes actus quibus Dei dona optantur & petuntur exercere, quamvis citra mercenarium aut proprij commodi appetentem affectum. Concludite etiam indifferentiam seu abnegationem qua fideles avocarentur à concipiendis *gratuitâ*
Vid art. *pace* omnibus ecclesiæ postulationibus
6. p. 60. quibus nos jugiter debemus adjungere
61. 62. inducturam ut dixi *ad blasphemè*
& 63. *damnanda Scripturæ verba nec non &*

ecclesiæ preces quæ petitiones & *'cria sæpius continent. Hoc modo se-* *n quis excommunicaret, sibi que in* *ium congregatione aut ore aut corde* *ndi facultatem adimeret.*

3. A perfectis animabus una amo-la est inquieta seu sollicita 'exci-) quam 12us nostrorum apud Issia-i articulorum sustulerat. Dixi esse per supponendam gratiam ut præ-em quamvis distincta ejus suavi-non sentiatur. Sic ut non simul eodem momento diversas omnes uit animi affectiones, sed tantum essivè, ita dixi non inquietè eni-lum esse sibi intempestivè tribuere, ex post facto revocare modo sen-li & suavi affectiones quas gratia momento non tribueret. Postremo i *si per excitationem intelligere-* *cooperatio totius voluntatis, om-* *mque animæ virium ad implendam* *uslibet momenti gratiam* & ad nos ratione præparandos gratiæ tem-is sequentis, *de fide esse nos sponte* *libet temporis momento esse excitan-* *ut omnem nostram gratiam im-* *amus.* p. 99. 100. 101.

14. *Nihil imperfecti continent in se*

cogitationes reflexæ, eoque tot animabus sæpius nocent, quod animæ sui amore laborantes raro se ipsas aliter respiciant quam ut eo respectu impatienter aut amanter moveantur. Sic locutus sum. Præterea actus reflexi moraliter sunt æque perfecti atque actus directi, quia earum moralis perfectio oritur ex animæ fidelitate in adimplendâ gratiæ suæ motione. Directi aut reflexi actus exerendi sunt prout necessitas, officia, gratiæ motio ad
p.107. hos vel illos inducit. In meo libro addidi eminentissimas animas inquietis & anxiis reputationibus amputatis quæ ex proprio commodo seu mercenario affectu oriuntur placidè secum
p.110. reputare. En verba mea ipsissima. *Divina inspirante gratiâ perfectissimæ animæ per quam utiliter secum reputant Dei in se consilia, præteritas ejus quas celebrant miserationes aut suum interiorem statum quem Directori exhibere debent.* Hæc de quâ hîc loquor inspiratio una est consueta gratiæ motio justis omnibus communis.

15. Plures sancti de separatione superioris partis animæ ab inferiore locuti sunt. Eorum exempla solum-

335

o ſecutus fui. Nunquam intendi *p.* 121.
imodam eſſe ſeparationem quæ 122. 123
a naturam ex miraculo & con- & 124.
a eſſet ſtatui puræ fidei, quem
etuò ſuppono. Quapropter in *p.* 125.
articulo eos damnavi qui di- & 126.
nt partem *ſuperiorem* ab *inferiori*
ino ſeparari, ita ut, *unio ſuperio-*
um Deo nullum ſenſibile & diſtinc-
veſtigium in inferiori imprimeret,
iidquid abnorme interim in infe-
agerétur, ſuperiori non eſſet im-
ndum. Parum certè peritus habe-
r qui partem inferiorem in reflexis
tationibus, ſuperiorem autem in
ctis actibus collocaret, quod à
intentum aliqui exiſtimavere. Pars
ior in imaginatione & ſenſibus
iſtit. Imaginatio autem reputare
ime poteſt, ergo reputationes per-
it ad ſuperiorem partem quæ in-
ctu & voluntate conſtat. Duarum *p.* 121.
ium ſeparatio juxta meum librum
o uno ſita eſt, quod pars inferior
irbari poſſit, dum ſuperior pace
iet. Sed cum dum hîc vivimus,
ratio illa nunquam ſit *integra*, ſatis
per connectuntur, ſibique invicem
municant duæ illæ partes ut pars

superior *teneatur* iis omnibus quæ in inferiori peraguntur, & quæ in consueto vitæ cursu voluntariæ censendæ
p.123. sunt. Hâc rigidâ & absolutâ regulâ occurrere volui omnibus quæ ab illusione morum puritati metui possunt. Hac eâdem volui animam suis omnibus actionibus æquè intra probationes ac extra probationes *teneri.* Verum quidem est *mentis apicem seu sum-*
p.118. *mum mentis verticem* de quo loquitur S. Franciscus Salesius directis actibus consistere. At juxta hunc sanctum vox illa *pars superior*, non solum hunc *mentis apicem*, sed & reflexos actus complectitur. Per actus directos qui soli *mentis apicem* constituunt, sperat, licet reputando non possit sensibile de suâ spe testimonium sibi perhibere. Hoc ipsum his verbis exprimit Sale-
Amor. Dei l.9. c.12. sius. *Quamvis adhuc sit illi*, (loquitur de qua pœna tentatur.) *facultas credendi sperandi & amandi Dei, & re verâ id præstet, non tamen vim habet dijudicandi utrum credat, speret & Deum suum diligat, quod tantâ angustiâ detineatur atque obruatur ut ad se redire non possit ad perspiciendum quid agat. Quamobrem opinatur sibi nullam fidem,*

336

*m , caritatem inesse , sed tantum
intasmata & inutiles virtutum im-
ssiones.* Idem Sanctus alibi dicit,
er assensus semper fiat in intimâ ani- *Amor. Dei l.9. c.3.*
*, in summo & tenuissimo mentis api-
Atque hic assensus nec tener est, nec
vis , nec ferè sensibilis , quamvis sit
us , indomitus , & amantissimus , &
recepisse videatur in extremum men-
recessum , velut in arcis propugnacu-
n in quo stat fortis , licet cætera om-
i mœrore sunt capta atque oppressa ,
quò magis in hoc statu amor omni au-
lio nudus est , & omni virtutum sub-
io atque animæ facultatibus destitu-
r , eò pluris æstimandus est , qui fide-
atem tantâ constantiâ servet.* A le-
ore quæro , *an amor qui se recepit in
tremum mentis recessum & subtilissi-
um apicem ut in suam arcem , dum
tera omnia capta sunt & virtutum
bsidio destituta* , &c. *Ita ut sibi vi-
atur , anima , fide , spe , caritate
rere* , &c. non sit vehementior locu- *p.121. ad 125. usque.*
quam mea ? quum inter superiorem
inferiorem partem , ideſt inter ima-
nationem & sensus ex unâ parte , &
tellectum ac voluntatem ex alterâ
n integram suppofui separationem

in quâ voluntas imaginationis perturbationi non consentiat, & imaginatio voluntatis pace non recreetur.

16. Contemplatio est puri amoris exercitium at non unicum. Purus amor in actibus distinctarum virtutum insu-
p 183. 184. per exercetur. Dixi prætereà animam purissimo amore ardentem ad obtemperandum Directori qui eam probare vellet, *æque libenter incipientium instar meditaturam, ac instar Cherubinorum*
p. 177. *contemplaturam.* Ipsa quoque mediatio potest aliquando esse verum amoris maximè gratuiti exercitium. Fideles universi ad perfectionem quidem, at non universi ad eadem exercitia & speciales perfectissimi amoris praxes vocantur. Quod spectat eos quos Deus ad contemplationis exercitium speciatim allicit, sensim sine sensu juxta suæ gratiæ suavitatem ad id transducendi sunt, eâ cautè exploratâ, atque ita ut nulla confidentia, nulla in se vana delectatio ad eos accedat, quemadmodum Episcopus Diaconum evehens ad Presbyteratus ordinem non ideo sinit ut se hinc perfectiorem reputet.

17. Status passivus juxta meum li-
brum

brum unus est gratuiti amoris status, in quo Caritas plerumque omnes ut eas ad suum finem referat virtutes, prævenit, animat, imperat. Tunc omnes virtutes ferè semper exercentur simplicibus atque æqualibus actibus, *absque anxietate atque sollicitudine*, *cum omni suavitate quam Dei Spiritus inspirat*. Ut diximus in 12. nostrorum apud vicum Issiacum articulorum. Status ille à variis sanctis nuncupatus est passiivus, non ad excludendam verissimam & efficacissimam gratiæ cujuslibet horæ cooperationem, neque ad eximendam animabus perpetuam quam sibi debent vigilantiam, neque ad tollendam è medio acerbam obsistentiam quâ in quolibet statu tentationes vincendæ sunt; dixi enim hanc obsistentiam ut passiva sit, *non minus esse concupiscentiæ acerbam*, easque ani- p.101.
mas *ad sanguinem usque peccato resistere*. Ergo ab eâ non excludendum p.102.
est nisi illam quam vitæ spiritualis authores dixere *activitatem*, idest anxietatem & sollicitudinem quæ mercenarium affectum, seu naturalem nostri amorem sequitur. Atque etiam dixi, *ad mercenaria motiva naturali*

quadam sollicitudine esse recurrendum, potiusquam in discrimen succumbendi venire. Vox igitur illa, *passivitas*, uni *activitati* solum opponitur. Nec opponeretur voci *actionis seu actus*, quin simul conjicerentur animæ in interius otium quo vita omnis Christiana extingueretur. Passivitas illa non est inspirationis miraculosæ status, in eo animæ solâ gaudent inspiratione gratiæ quæ justis omnibus in obscurissimâ Fide communis est. Ita cum loquimur de actibus quos Deus in hoc statu passivo inspirat, cavendum est ne credamus ad eum animas insolitâ inspiratione determinari. Agitur de simplici gratiæ impulsu quem non magis discernunt animæ perfectæ quam minùs perfectæ; & quo ad actus præcepti & consilij Evangelici solummodo feruntur. *Passivitatem* illam non pono in omnimodâ potentiarum *animæ ligaturâ*, idest in absolutâ discursivos actus exercendi impotentiâ; quia existimo animas quæ certis temporibus gratiæ suavitate ad simplices & æquabiles contemplationis actus inclinantur, tunc non omni tamen excidere libertate huic suavitati resisten-

p.102.

& discursivos actus producendi.
ter hæc impotentia ut potè naturali
mæ libertati contraria evidenter
t supernaturalis ex miraculo orta,
proinde, contraria statui puræ Fi-
, in quo authores in hac materiâ
ertissimi animas maximè passivas
uc versari affirmant. Ille puræ Fidei
us non tribuit animæ aliud percep-
lumen, quam lumen Fidei om-
us Christianis commune. Contra
supernaturalis impotentiæ ullum
to tempore discursivum actum eli-
ndi via foret luminis ex miraculo
i. Ergo passivum statum reduco ad
plicem ut plurimum, coadunatio-
n omnium virtutum in Caritate
e illas prævenit, imperat, animat,
quæ facit ut tam intra quam extra
tionem omnia distinctorum actuum
iera æquabili pace exerceantur. Sic
osita passivitas est divini amoris
fectio ad quam omnes quidem
ristiani generatim vocantur: pau-
ssimi autem perveniunt; cujusque
rcitium tunc tantum exigendum
, cum ad illud animæ disponuntur.
od perimet ad passivam contempla-
nem exercitium est ad perfectionem

non abſolutè neceſſarium, & ad quod certæ animæ puriſſimæ nunquam vocandæ ſunt.

18. Vera perfectio nullatenus eſſe poteſt abſque intimâ cum Chriſto unio-
p. 194. ne. *In eminentiſſimâ contemplatione*
195. 196 *poteſt anima occupari de Chriſto quem Fides præſentem exhibeat., & per ea temporum intervalla quibus deſinit contemplatio.* Ejus intuitu nunquam verè orbatur anima, ejus nihil amittitur *niſi diſtinctus & reflexus viſus*, illæ etiam jacturæ non ſunt niſi apparentes nec diu durant, duobus tantum caſibus, nimirum contemplationis imperfectæ primordiis, deinde tempore probationum. Addidi in caſu naſcentis contemplationis, hanc Chriſti diſtinctè conſpecti privationem non oriri ex hujus exercitij *perfectione*, ſed ex ejus imperfectione, *quia tunc illud exercitium ſenſibile magis quam purum eſt.* Sua quoque affulgent illis privationibus intervalla, inſuper non diuturnæ ſunt, & diſtinctus Chriſti intuitus citò redditur ut ſit frequentiſſima perfectarum animarum occupatio. Contemplatio autem *negativa*, quæ juxta ſanctum Dionyſium nullam di-

ſtinctam imaginem, neque *diſtinctam* aut *nominabilem* ideam admittit, ſpectat unam divinitatem quæ nihil *limitati* continet. Sed expoſitâ hac contemplationis ſpecie quæ apud Dionyſium celebratur, & quæ nihil ſignificat præter amantem Dei infinitè perfecti intuitum, expreſsè addidi *hæc ſimplicitas diſtinctum Chriſti humanitatis & ſingulorum ejus myſteriorum intuitum minimè excludit, quoniam cum divinitatis ideâ adjunctas etiam alias ideas admittit pura contemplatio, omnia admittit objecta quæ pura Fides nobis afferre poteſt*. En, Cariſſimi Fratres, mei libri doctrina quæ in quolibet ſtatu præter contemplationem *negativam*, ideſt abſtractum divinitatis intuitum, aliud admittit contemplationis exercitium in quo anima omnibus myſteriis occupatur. Præterea nulla eſt contemplatio quæ non intermittatur & per intervalla perfectiſſimæ animæ diſtinctiſſimo omnium Fidei objectorum, præſertim *verbi quod caro factum eſt*, intuitu gaudent. Adjuro vos ergo, Cariſſimi fratres, ut mecum poſt Apoſtolum dicatis, *Anathema* illi quiſquis ſit qui a frequenti

p.186.

p.188.

& familiari. J. C. conspectu avertere nos voluerit.

19. Plurimi offensi sunt has voces, *perturbatio involuntaria* legere eo libri mei loco ubi agitur de interiori J. C. pœnâ, qui has voces in meo libro addidere, intellexerunt tantum Christi perturbationem, quæ quatenus imperata ab ejus voluntate voluntaria erat, involuntariam esse quod ejus voluntas eâ non perturbaretur. Sed nihil mea interest hanc locutionem quæ mea non est, defendere. Qui meum manuscriptum autographum viderunt, hoc testari possunt. Vox illa nullam cum omni meo systemate connexionem habet. Eâ ablatâ textus ut primo scripseram manet illæsus.

20. Quæsti sunt etiam quod malè Sanctum Franciscum Salesium citaverim, verum quidem est, eos qui, me absente, meum librum typis mandandum curaverunt, pro Sancti hujusce testimoniis accepisse aliqua placita quæ dumtaxat referebam, ut ejus genio & doctrinæ congruentia, eaque Italico charactere pinxerunt. Sed accuratum omnium quæ factæ sunt citationum indicem proferam. Ubique sinceritas

mea & omnimoda doctrinæ meæ cum hujus Sancti documentis convenientia animadvertetur. Varia referam ex ejus libris deprompta loca multo vehementiora meis vocibus, quæ pro Salesij verbis acceptæ fuerant. Denique si quædam citavi hujus Sancti testimonia quæ tantisper dura palam visa sunt, duo sunt in memoriam revocanda. Primum privatis nullatenùs licitum esse damnare nec sensus, nec locutiones tam Sancti Præsulis quem Ecclesia quotannis his verbis celebrat, *Scriptis itaque cælesti doctrinâ refertis Ecclesiam illustravit, quibus iter ad perfectionem Christianam tutum & planum demonstrat.* Tanta laus Salesianæ Doctrinæ Alexandri VII. diplomate approbatur.

Alterum cujus vos meminisse volo, est me dixisse, cum omnia hæc loca collegissem, eo tantum animo id fecisse me, ut mysticis ostenderem, universa vel vehementissima sancti hujus & cæterorum placita perpetuò reduci ad gratuitum amorem quo eadem quæ & maximè mercenarij dona Dei gratuitò desiderantur. Hæc mea sunt verba cum loquor de Sancti verbis (pag. 57.) *Illuc*

omnia reducuntur ut dicant animam hanc nullo proprio & mercenario neque ad meritum, neque ad perfectionem, neque ad æternam beatitudinem desiderio affici. Manifestum est me hac ratione voluisse ablatum temerariis mysticis omnem prætextum Salesij authoritate abutendi, ipsis ostendendo nihil sancto illi in animo fuisse amputare præter naturalem & mercenarium affectum quo *proprium commodum* constituitur.

Atque ea sunt, Carissimi fratres, præcipua quæ vobis in hac Epistolâ erant explicanda quo attentiùs librum legetis, eo perspicacius animadvertetis omne hujus systema ad vocem *proprij commodi* exigi. Si vox illa in libro non est exposita, id factum est quod supposuerimus omnes eodem sensu quo illam intelleximus accepturos ad significandum nempè mercenarium ad Dei dona affectum per naturalem sui ipsius amorem. Hunc sensum supposuimus ut stabilitum ab optimis vitæ spiritualis authoribus qui Gallicè scripserunt, vel quorum scripta in Gallicum sermonem sunt translata. Supposuimus *mercenarium* & ut

ſic loquar *intereſſatum*, ſeu proprij commodi ſollicitè appetentem idem eſſe, & ut plerique veterum Patrum * juſtos non jam *mercenarios* eſſe affirmant, ſic nec jam proprij commodi anxiè appetentes eſſe concluſimus, eoſque illæſo remanente diſtinctarum virtutum exercitio præcipuos earum actus coadunare in Caritate quæ illos prævenit, animat, imperat, perficit, ita ut naturalis & deliberatus amor ſeu mercenarius affectus quo proprium commodum conſtituitur plerumque in his perfectis animabus jam non reperiatur. Hunc autem naturalem & deliberatum ſui ipſius amorem in quo proprium commodum poſuimus, apud ſanctum Thomam & Eſtium ſtabilitum vidimus. A pleriſque Theologis idem amor agnoſcitur. Qui autem eum non admittunt, ea æquanimitate eſſe debent ut ſaltem eum ut quid in Catholicis ſcholis maximè approbatum conſiderent. Si libri Textum eo ſenſu quem vobis modo explicuimus, intellexeritis, omnem ejus tenorem ſimplicem & naturalem eſſe animadvertetis. Sin contra ſenſus magis extenſos huic tribueretis, textus tenori continua vis

* *S. Cl. Alex. Strom. l. 4 p. 519. 528. 532. & 709. Tert. de pœnit. c. 4. S. Baſil. in it. reg. fus. S. Greg. Naz. 1. or. circa mediū. 3. or. p. 73. & or. 40. p. 645. S. Greg. Nyſſ. 1. hom. in Cantic. & vita Moyſis circa ſinē tom. 1. p. 259. S. Ambroſ. l. 2.*

esset adhibenda, & in qualibet ferè paginâ imputandæ mihi forent contradictiones amentissimæ.

Difficultas, Carissimi Fratres, quæ etiamnum vos morari posset, hæc una superest, nempè libenter vos ipsismet oculis videretis utrum Patres, Sancti in album Ecclesiæ relati cæterique authores quos universa veneratur Ecclesia re verâ his vocibus, *mercenarium interessatum*, *seu proprij commodi appetens & proprium commodum* attribuerint imperfectionem illam quam in toto meo opere illis tribuo, id vobis ob oculos liquidò ponere jam enitar.

Primo aperiamus Concilij Tridentini Catechismum; *cum duxisset Deum suam Clementiam ostendisse quod cum sine ullo præmio nos potuisset cogere ut suæ gloriæ serviremus, voluit tamen suam gloriam* cum utilitate nostra con-

de Abr c. 8. & l 4. de interp. David. c. xi. S. Hier ep. 146. & in ep. ad Phil. S. Chris. hom. 16. in ep. ad Rom. p. 224. & seq. hom. 5. in Ep. ad Rom. p. 58. hom. 13. in ep ad He. hom. 79 in Joan. p. 490. in fine tom. 2.

Theod. in ep. ad Rom. Cassian. coll. 10. & 11. S. Joan. Clim 1. gradu pag. 298. S. Max. l. 1. de myst ig. c. 24. S. Anselm. de mensurâ crucis. S. Bernard. de dilig. Deo Serm 83 in cant serm. in cant. Ezech. & serm 35. par. Rich. à S. Victore de grad. Carit. 3. grad. S. Thom 2. 2. q. 24. a. 9. 2. 2. q. 25. a 8. S. Bonav. de Theol. myst. Dion Carth. exp. in ps. 5. v. 14 & gloriabuntur *tom. 5. ed. Colon. de vitâ & fi. solit. l. art. 14. Tauler instit. p. 208.*

jungere. * Christianis proponit ut voluntati Dei in terrâ obtemperent sicuti Angeli in Cœlo. Hæc est summa perfectio quam à nobis postulat in spei exercitio, *Deus*, inquit *eximiam Caritatem requirit ut etiamsi spe cælestium præmiorum totos nos ei dicaverimus, tamen ideò illa speramus quod ut in eam spem ingrederemur placuit Divinæ Majestati.* * *Quare tota nitatur illo in Deum amore nostra spes qui mercedem amori nostro proposuit æternam beatitudinem.* Non tamen intendit Catechismus omnem Christianorum spem *inniti* hac *Caritate*, quam vocat *eximiam* ac ideo sperare, *quia divinæ Majestati placuit ut in eam spem ingrederemur.* Hæc spei perfectio non pertinet juxta eum nisi ad perfectas animas. Duo exhibet genera fidelium qui justi sunt & qui propterea Deum præferentiæ amore diligunt. *Alij qui*

** Neque id quidē silentio prætereundū est, vel in hoc maxime suam in nos Deū clementiam & summa bonitatis divitias ostendisse. Quod cum sine ullo præmio nos potuisset ut suæ gloriæ servire mus cogere, voluit tamen suam gloriam cum utilitate nostra conjugere p. 3. in decal. præ. num. 18.*

* *Eximiam caritatem requirit, ut etiamsi spe cælestium præmiorum totos nos ei dicaverimus, tamen ideò illa speramus quod ut in eam spem ingrederemur placuit divinæ Majestati quare tota nitatur illo in Deum amore nostra spes qui mercedem amori nostro proposuit æternam beatitudinem.* 3. Petitione num. 26.

amanter ſerviant. Hi certè juſti ſunt, (nuſquam enim ſic locuta eſt eccleſia de hominibus actu peccantibus & Deo inimicis.) *Sed tamen pretij causà quo amorem referunt.* Deinde altiùs evehitur & alium pingit gradum hominum qui hîc divinæ voluntati pareat, ut Angeli in cœlis; *& qui ideo ſperant quod ut in eam ſpem ingredetentur placuit Divinæ Majeſtati*, ij inquit, *tantummodo Caritate & pietate commoti in eo cui dant operam nihil ſpectant niſi illius bonitatem & virtu-*
num.27 *tem.* Catechiſmus vocibus utitur maximè abſolutis & excluſivis, *tantummodo nihil ſpectant niſi*, &c. Spemne virtutem Theologicam voluit ablatam? Hujus ne proprium motivum quod ſummum noſtrum bonum eſt quatenus noſtrum voluit amputatum? Abſit à quoquam tam impia cogitatio. Ergo vult perfectos ardentius quàm antea ſperare, eorumque voluntatem ſummo bono verè moveri, quamvis *tantummodo caritate & pietate commoti* ſint.... *& ideo ſperent, quia Divinæ Majeſtati placuit ut in eam ſpem ingrederentur, & tota eorum ſpes niteretur illo in Deum amore*; qui adeò purus eſt. En per-

fecta ſpes, ut eam Sanctus Thomas post Ambroſium exhibuit, ſpes eſt *ex Caritate.* perfecti ut perfecti fierent amputarunt mercenarium quoad præmium affectum qui etiamnum imperfectis ineſt. Vox illa *Tantummodo* quæ opponitur illis vocibus, *ſed tamen pretij causâ quo amorem referunt*, evidenter excludit imperfectum aliquem ad pretium affectum. In quo ſitus eſt imperfectus ille & amputatus affectus? ut id repetam, eſſe non poteſt neque ſpes ſupernaturalis, neque proprium ejus motivum quod eſt non ſolum objectiva ſed & formalis beatitudo: eſſe quoque non poteſt frequens Spei actuum repetitio, frequens enim Theologicæ virtutis exercitium nunquam poteſt eſſe imperfectio. Non agitur quoque de affectu ita mercenario, ut anima formalem ſeu creatam beatitudinem magis deſideret quàm divinam gloriam; hic enim affectus non imperfectio ſed mortale peccatum foret; nec de illis animabus dici poſſet *amanter ſerviunt.* Ubi ergo reperimus imperfectionem amputatam in hoc tranſitu à ſtatu minùs perfecto ad magis perfectum? Eam in actibus ſpei ſupernaturalis & à Spi-

2.2.q. 17. a.8.

ritu Sancto infusæ reperire non possumus. Ergo quod amputatur nihil potest esse præter naturale, humanum & deliberatum Beatitudinis desiderium, præter *mercenarium* aut *proprij commodi* sollicitè appetentem affectum, qui tantùm abest ut in supernaturalis Spei actum influat, eique sit essentialis, ut contra hujus perfectionem in animâ minuat.

Naturalis ille ad mercedem affectus qui in justis minùs perfectis occurrit, facit ut à Patribus, ut mox visuri sumus *mercenarij* dicantur, non quòd Deum non diligant eo Amore quo Deum omnibus creatis ac sibi ipsis præferunt, aliàs justi & salvi non forent, ut eos secundùm Patres esse justos videbitis. Sed præter supernaturalem Dei & creaturarum in Deo amorem, afficiuntur naturali & deliberato sui ipsorum amore, qui divino Amori subjicitur. Ij 4[I]. mei status justi sunt. Existimavi posse me eos dicere *interessatos*, seu *proprij commodi* appetentes, cum Patres eos *mercenarios* vocaverint. Tempus est cognoscere Patrum doctrinæ cum Romano catechismo convenientiam.

Quum S. Clemens Alexandrinus loquitur de *Gnoſtico* qui perfectus eſt juſtus, & de *Gnoſi* quæ perfectus Amor eſt. *Gnoſticum à dextris Sanctuarij*, *mercenarios* autem *à ſiniſtris* ſtantes exhibet. Vult *Gnoſticum accedere ad verbum ſalutare, neque propter metum ſupplicij neque propter aliquam doni promiſſionem, ſed propter ipſum bonum.* Qui ab eo *mercenarij* dicuntur, & juxta eum juſti ſunt cum ſtent in *Sanctuario* licet *à ſiniſtris*, ideſt, in inferiore gloriâ, ſunt illi qui *pro donatione eorum in quæ cadit corruptio & interitus exiſtimant ſe viciſſim accepturos incorruptionem.* Illa *incorruptionis bona* procul dubio ſunt æterna. Idem enim Pater dicit *mercenarium benè agere ratione remunerationis quæ vel ab ipſo qui beneficio afficitur, vel à Deo qui promiſit expectatur.*

S rom. l. 4. p. 485. *Ibidem.* *l. 4. p. 519.* *l. 4. p. 528.*

Qui agit *propter ſpem promiſſi honoris. Dictum eſt enim: Ecce Dominus & merces ejus à facie ejus, mercenarius eſt. Sola autem quæ propter Caritatem fit beneficentia, propter ipſum honeſtum Gnoſtico eſt expetenda..... Cauſa autem contemplationis ei ſufficit ipſa cognitio. Auſim enim dicere non eo quòd velit*

salvus esse eliget cognitionem, qui persequitur cognitionem propter ipsam divinam scientiam.

Hîc verbis maximè expressis atque absolutis excluditur præmij *motivum.* Exclusiones illæ non spectant actum momentaneum, quo elapso necesse sit ut perfectus justus iterum fiat *mercenarius.* Exclusiones illæ ad omnem perfectorum statum pertinent hujusque perfectionem constituunt. Distinguunt
p. 529. enim Gnosticum *qui stat à dextris, à mercenario* qui tantum modo *stat à sinistris*, quia existimat *pro donatione eorum in quæ cadit corruptio se vicissim accepturum incorruptionem.* Quapropter S. Clemens sic loquitur : *ausim dicere non eo quòd velit salvus esse eliget cognitionem qui prosequitur cognitionem, & si quis per hypothesim impossibilem ei proposuerit utrum malit Dei cognitionem seu perfectionem, an salutem æternam, sint autem ea separata cum sint omninò eadem nihil penitus dubitans elegerit Dei cognitionem propter se, Judicans eam esse expectandam quæ fidem transcendit.*

Unde concludit, *primam ejus qui perfectus est beneficientiam, hanc esse*

ut in benefaciendi habitu ſit conſtitutus, neque propter gloriam aut famam illuſtrem, neque propter mercedem, aut ab hominibus aut à Deo ad imaginem & ſimilitudinem Domini vitam peregerit. Videtis, Cariſſimi fratres, nullum *Gnoſtico* ineſſe *mercenarium* affectum erga ullam *remunerationem* quæ etiam à Deo ſit, neque erga ipſam beatitudinem creatam. En excluſio maximè abſoluta. Hac excluſione Juſtus à minus perfecto diſtinguitur, & perfectus ipſe conſtituitur. Hæc excluſio non in tranſeuntibus actibus, ſed in *habitu conſtituto* reperitur. Idem ſanctus Doctor de Gnoſtico hæc habet: *à bono & fideli ſervo factus eſt per Caritatem amicus propter perfectionem habitus quam ex verâ diſciplinâ & purâ exercitatione purè acquiſivit.* Animadvertite antequam *Gnoſticus* & amicus eſſet, jam eum fuiſſe *bonum* & *fidelem ſervum*. Ergo Juſtus erat, ergo Caritate præditus erat, ſed nondum perfectionem habitûs hujus virtutis acquiſierat. Hic ergo puriſſimus & perfectiſſimus amor in habitum eumque perfectum mutatur, eum purè acquiſivit, id eſt ſine admixtione, & Magnus ille Alexan-

drinæ Ecclesiæ Theologus, verbo quod maximè adtemperandum est, utitur, aitque, *Ergo ei qui exercitatione profectà ex cognitione paraverit virtutem quæ non potest amitti, efficitur naturalis habitus:* quo solum significatur status habitualis constantissimus & firmissimus licèt non omnis variationis expers.

Pater ille Apostolorum fere coætaneus spemne in perfectis animabus extinctam voluit? hujusne motivum rejicere in animo habuit? num salutis desiderium, quatenus summum est nostrum bonum, excludit? num intendit ne perfecti se ipsos in Deo & propter Deum amplius diligerent, neve æternam beatitudinem optarent? num denique voluit perfectos minus frequenter, minùsve ardenter quàm sperent imperfecti, sperare? Viro tam apostolico tales errores imputare nefas est. Si ergo vult *Gnosticum* non jam agere *propter spem promissi honoris ut velit salvus esse*, non ideò supprimere aut minuere intendit actus spei quoad promissum præmium, aut desiderium salutis, aut creatæ beatitudinis quod gratia inspirat, sed vult id unum, ne

perfecta anima præmium *affectu naturali & mercenario*, seu *proprij commodi appetenti* amplius exquirat. Eadem perfectus & imperfectus desiderant quoad promissa quantumlibet extensa, at perfectus eas plerumque non vult nisi supernaturali sui amore qui ex gratiâ manans nihil imperfecti continet, cum imperfectus sæpe eadem dona insuper desideret naturali & mercenario affectu seu proprij commodi appetitione anxiâ præter supernaturale desiderium absque quo non foret justus, atqui secundùm sanctum Clementem justus est, cum sit in *sanctuario*, & præmio Deus in alterâ vitâ eum afficiat.

Hinc intelligitur illud Tertuliani, *neque enim quia bonum est idcirco auscultare debemus, sed quia præcipit.* *de pœnit. c.4.* Loquitur de præcepto Divino. Dicemus ne virtutes omnes quæ imperantur ideo solummodo bonas esse quôd imperentur? absit, Contrà eas imperari dicemus quia bonæ sunt & conformes supremæ & immutabili normæ quæ Deus ipse est. Eas nihilominus exercebimus ut Deo cui omnia debemus placeamus, non ut perfectionem naturali nostri ipsorum amore exqui-

ramus, quamvis eam ſupernaturali amore quam in Juſti animâ parit gratia ſemper exquirere teneamur.

S. Baſilius, ſic habet : ***aut metu ſupplicij à vitiis declinamus, & animum ſervilem induimus, aut mercedis ſpe ducti ad utilitatem noſtram præceptorum obſervationem referimus, atque hoc modo mercenariis efficimur ſimiles, aut certe honeſtate ipsâ impulſi, Caritateque quam erga ipſum habemus a quo legem accepimus, gaudentes quod digni habiti ſimus qui adeo glorioſo ac benigno ſerviremus Deo, ipſi pareremus, atque hoc modo bonorum filiorum erga parentes ſuos animum imitamur.*** Homines triplicis hujus claſſis ſecundùm hunc Patrem ſunt Juſti, cum omnes *Deo pareant. Servus,* pergit idem Pater, *cum eorum quæ facere juſſus fuerit partem executus fuerit, partem ne omittet, quin potius ubicumque dicto audiens non fuerit, Imminentis ſibi ſupplicij gravitatem pertimeſcet, atque ob hanc ſanè cauſam beatus erit ..... Sed neque mercenarius animum unquam inducet ut eorum ſciens aliquid negligat quæ præcepta ſunt. Quomodo enim mercedem laboris accipiet, cum pactis non ſteterit,*

proem. in regul. fuſius. diſpul. p. 405. 406.

& si aliquid eorum quæ necessaria sunt præterierit ...... Tertium erat, opera quæ ex Caritate dabatur. Hîc quæro, quis est filius qui propositâ parentis gratiâ prudens velit ipsum offendere In 1a. & secundâ Classe alii, licet Justi, naturaliter quidem, sed *serviliter* sapiunt, alij autem naturali affectu *mercenarios referunt*. Salutem omnes sperant spe supernaturali cum Justi sint, & ultimi etiam ardentius quam cæteri, quamuis priorum imperfectione seu naturali & mercenario affectu plerumque vacent.

Sanctus Gregorius Naz. instar omnium fere Patrum, hanc *servorum*, *mercenariorum filiorum* partitionem secutus est. Servos & mercenarios justos esse declarat, ait enim: *tres eorum qui salutem consequuntur classes esse scio*, *servorum* videlicet, *mercenariorum & filiorum &c.* Animadvertite eum non dicere *opinor*, sed *scio*, docet id quod certum existimat, aliàs sic loquitur, *hominibus placere parum admodum curamus, id unum expetentes ut honorem à Deo consequamur, imò sublimiùs etiam assurgimus. De iis loquor qui verè Philosophi, veroque Dei amore præditi*

or. 4. p. 645.

or. 3. p. 73.

ſunt. Videtis ut præfatus quomodo juſti omnes affecti ſint, ad perfectos tranſgreditur. *Illi*, inquit, *ſummo bono conjungi propter ipſum ſummum bonum exoptant, ſecundus enim hic honeſtorum & laudabilium virorum gradus mercede aliquid facere; quemadmodum in 3â. Claſſe collocandi ſunt qui pœnæ metu à ſcelere & maleficio deterrentur.* Credidit ne Gregorius à perfectis jam non deſiderari promiſſam gloriam quam Deus vult ab ipſis optari? multùm aberat à ſpe *quâ ſalvi facti ſumus* ſic evertendâ; quid ergo intendit? nempe perfectam animam, licet hanc ſibi gloriam ſemper deſideret, hanc tamen mercenario & naturali affectu non jam appetere unum hoc naturale deſiderium amputare in animo habet Gregorius cum ait, *bonum eſt Patri obtemperare etiamſi ex ea re nihil quæſtus ad te rediturum ſit.* Poſtremo ait hic Pater S. Paulum aliquid *auſum* fuiſſe cum optavit *Anathema eſſe* pro fratribus, *ſe* quoque qui hæc referat, aliquid *audere.* Prædicat amorem Pauli adeo liberalem ut *Anathema* eſſe, ideſt, maledictum fieri, & eorum cauſa tanquam impius perpeti

p. 24. 1. or. circ. med.

non recusaret. Quibus verbis indicatur Paulum re verâ fuisse comparatum ad æterna supplicia citra divini amoris jacturam ferenda, si hoc Deus ab eo exigeret ac tanti Judæorum salutem faceret. Mens ita affecta quam suspiciens exclamat Gregorius *ô animi præstantiam; O Spiritus fervorem!* & quam fidelibus proferens *audere* se aliquid asserit, mens inquam ita affecta mercedis, quæ *proprij commodi appetitionem* constituit, amorem & naturale desiderium excludebat. Nicetas Gregorij scholiastes similiter locutus fuit.

S. Gregorius Nyssenus dicit *servis fieri salutem per timorem, mercenarium se rectè & ex virtute gerere propter spem mercedis repositam iis qui piè vixerint.* En duplex justorum gradus in quo salvantur ideoque status habituales. Audiamus quis sit 3us. *sed qui animo currit ad perfectionem, expellit timorem: est enim ejusmodi servilis affectio..... despicit autem ipsas quoque mercedes ne videatur mercedem pluris facere quam eum qui donat lucrum.*

1. or. in cant. cantic. p. 475. tom. 1.

Hic advertite hunc Patrem non loqui nisi de beatitudine quam schola

formalem seu *creatam* vocat : neque etiam eam desiderare prohibet , hujus enim desiderium imperatur : sed vult eam à perfectis non optari naturali ac deliberato sui amore & *mercenario affectu* , quippè quo minueretur amor Dei a quo hanc ipsam beatitudinem expectamus. Quamobrem alibi dicit idem sanctus. *Id certè perfectio est ut non timore pœnarum sicuti mancipium à vitiis declines , nec virtutem spe præmiorum quasi mercatoris affectu in negotiationibus & contractibus amplectaris , sed neglectis etiam iis quæ in promissionibus per spem sunt recondita unum terribile arbitrari ab amicitiâ Dei repelli.* An intelligit non jam spectandam esse beatitudinem *formalem* eo intuitu quem gratia inspirat , & quo secunda virtus Theologica exercetur ? nullatenus ; sic enim everteretur illud quod spe continetur , sic everteretur spes ipsa cuilibet justorum statui necessaria , satis id nunquam repetam , solùm intendit beatitudinem non jam *affectu mercenario* seu *anxiâ proprij commodi appetitione* desiderari.

Vita Moysis circa finem. to. 1. pag. 2[illegible]6.

S. Ambrosius sic loquitur : *propositum piæ mentis mercedem non expetit ; sed*

l. 2. de Abrahã. c. 8.

348

sed pro mercede habet boni facti conscientiam & justi operis affectum. Angustæ mentes invitentur promissis, erigantur speratis mercedibus: bona mens quæ sine responsi cœlestis Syngraphâ, certamen arripuit, geminæ laudis honorem acquirit sibi &c. alibi dicit idem sanctus de perfecto Christiano [1], *non præmio ducitur ad perfectionem*, sed *perfectione consummatur ad præmium. Imitatores enim Christi non propter spem boni sunt, sed pro amore virtutis.* Sæpius in omnibus sanctis illis Authoribus reperitur apparens spei exclusio, sed diligenter cavendum est ne unquam vera esse putetur. Spes ab iis naturalis non supernaturalis excluditur. Sic justis mercenariis de quibus Sancti Patres loquuntur, spes duplex inest, altera supernaturalis absque quâ justi non forent, naturalis altera quâ mercenarij etiamnum efficiuntur quando in eis frequenter agit, cum è contra plerumque jam non agat in justis perfectis qui à Patribus *filij* nuncupantur. Nihil attinet dicere ab iis spectatam fuisse mercedem ut à Deo distinctam & sub ideâ quam schola *beatitudinem creatam* vocat. Constat enim nunquam

[1] *l. 4. de interp. David. c. 11.*

D

cessandum esse ab optandâ *creatâ* illâ *beatitudine* quæ nobis promittitur ut aliquid quod ab æterno Dei amore sejungi non potest. Quid igitur amputare vult Ambrosius? nihil ex parte objecti quod nostrum est summum bonum quatenus nostrum, adimere licet. Nihil ergo præcidi potest nisi ex parte voluntatis hoc objectum desiderantis. Quid autem præcidi potest in voluntate quæ nostram salutem desiderat? absque dubio non illud supernaturale desiderium quod dicitur virtus Theologica & nobis per spiritum sanctum infusa. Quo perfectior est anima, eo magis spe crescere debet quamvis *mercenaria* esse desierit. Non igitur in spe reperitur anxia proprij commodi appetitio quâ mercenarius constituitur. Quis absque horrore dicat, aut dictum ab Ambrosio putet spem virtutem Theologicam, supernaturalem à spiritu sancto infusam non convenire nisi angustis mentibus, animamque perfectam *præmio non duci?* Ut idem multoties repetam, quid Ambrosius ad perfectionem amputandum intendit? patet esse imperfectum erga mercedem seu beatitudinem affectum. Imperfec-

tus ille affectus non est spes ipsa supernaturalis. Nihil igitur potest esse nisi spes humana, nisi naturalis erga se affectus quo anima æternæ beatitudinis intuitu *mercenaria*, seu *propriij commodi anxiè studiosa efficitur*. Illud est quod non competit nisi angustis animabus. Illo modo perfectæ animæ cœlesti præmio non ducuntur.

S. Hieronymus asserit, *Eum qui diligit non ideò imperata custodire, quia aut timore pœnarum, aut præmij aviditate compellitur, sed quia hoc ipsum quod à Deo jubetur est optimum*. Pater ille non vult timorem exclusum, nedum spem timore longè præstantiorem. Unum amovet naturalem affectum quo animus fit *mercenarius*, seu *proprij commodi anxiè appetens*.

Ep. 146. 1199.

S. Augustinus quem huic opponere doctrinæ moliuntur, eam manifestè stabilit. Verum quidem est ab ipso supponi in homine continuam propensionem in suam beatitudinem, nimirum Dei fruitionem; at propensio illa non est secundum hunc patrem nisi pondus invictum, nisi necessaria & indeliberata inclinatio, quæ *appetitus innatus* à scholâ dicitur, & qui negari minimè

poteſt. Hîc agitur de noſtri ipſorum amore quem deliberatum ſuppoſuere Patres, quippe quo animæ perfectio & meritum minuatur. Fruitio ad quam ſecundùm ſanctum Auguſtinum amor perpetuò tendit, non eſt Dei poſſeſſio intuitu unius noſtræ oblectationis, ut eſt creaturarum poſſeſſio, quam ad ſuam unam voluptatem homines profani referunt. Non eſt niſi amoris cum Deo unio & integra non Dei ad nos, ſed contra noſtri ad Deum relatio. Ita fruitio Dei præcisè adverſatur fruitioni quam in rebus creatis homines vulgo ſectantur. *Frui eſt amore inhærere alicui rei propter ſe ipſam.* Fruitio benè intellecta non eſt niſi amor maximè liberalis. Velle frui eſt velle amare abſque mercenariâ ullâ proprij commodi appetitione, velle amare abſque ſollicitâ proprij commodi appetitione jam amare eſt amore liberali. Adeoque omnem mercenarium affectum ſic excludit Auguſtinus ut tanquam perpetuam normam ſtatuat, ne aliter nos amemus niſi in Deo & propter Deum. *Ipſum amemus*, ait, *propter ipſum, & nos in ipſo, tamen propter ipſum, Caritatem*, inquit, *voco motum animi ad*

l. 1. de doctr. Chriſt. c. 4. & 6.

ſerm. 256. de temp.

fruendum Deo propter ipsum & se atque proximo propter Deum. Jam vidimus *frui* nihil aliud esse quam diligere puro amore quo qui amat ad rem amatam se totum referat. Ergo necesse est ne se aliter respiciat quàm ut rem quæ uni dilecto servire debeat, atque illuc tendit fruitionis finis. Aliàs exclamat Augustinus. *Domine in me nihil relinquatur mihi, nec quo respiciam ad me ipsum.* Damnatne quemlibet sui amorem? Exigit ne omnimodam atque absolutam nostri oblivionem cum indifferentiâ quæ omnem erga nos vigilantiam nobis adimat? Nequaquam. numquid vult spem quâ summum bonum nobis desideramus præcidere? Numquid vult nos de nobis nunquam cogitare, ne in mercenarias cogitationes incidamus? Illi errores Augustino tribui nequeunt. Vult tamen verè amputatum aliquem erga nos respectum, nullum quidem ex iis quos gratia in supernaturalibus actibus inspirat, sed humanum aliquem & naturalem. Sic intelligendus est sublimis ille amoris doctor cùm ait *amandus est Deus pro amore ejus. Ita ut si fieri potest nos ipsos obliviscamur.* Denique vult hic pater à

l. 3. de doctrin. Christ. c. 10. p. 50.

in psal. 137. p. 1526.

de verb. Domini serm. 54 editione de Chevalon.

nobis in homine non amari nisi Deum, *non amabit in homine nisi Deum.* Hæc norma nonminùs ad nos quàm ad cæteros attinet, quando quidem non minùs sumus homines quam cæteri. Ergo ad perfectionem, in nobis non amandus est nisi Deus. *Videte* quid alibi dixerit. *Videat* inquit, *Charitas vestra primùm amicitiæ amor qualiter debeat esse gratuitus, non enim propterea debes amare amicum ut aliquid tibi præstet. Si propterea illum amas ut præstet tibi vel pecuniam, vel aliquod commodum temporale, non illum amas sed illud quod præstat. Amicus gratis amandus est propter se, non propter aliud, si hominem te hortatur amicitiæ regula ut gratis diligas, quam gratis amandus est Deus, qui jubet ut hominem diligas.*

homil. 38. inter. 50. p. 126. Edit. de Char.

Proinde non mirum si eadem quæ cæteri sancti, supposuerit Augustinus ad exprimendam gratuiti amoris puritatem, & si concludat cum tentationibus & hujus vitæ ærumnis conflictandum esse etiam spe beatitudinis ademptâ. Sed si, quod absit; *illius tanti boni spes nulla esset, malle debuimus in hujus conflictationis molestiâ remanere, quàm vitiis in nos dominationem non eis resistendo permittere.*

l. 21. de Civi. Dei c. 15 p. 635. tom. 7.

Si Sanctum Chryſoſtomum conſulamus, reſpondebit, *etiam ſi merces non eſſet propoſita, oporteret te eſſe bonum... Deus* inquit, *propter noſtram imbecillitatem virtutem etiam, mercede voluit fieri.* Alibi dicit, *accuratâ ac veluti inſtitutoriâ cum ſupputatione examinamus ecquam mercedem res à nobis geſta habere debeat. Atqui major tibi merces, ſi modo citra mercedis ſpem feceris.* homil. 23. in Ep. ad Heb. hom. 5. in ep. ad Rom. p. 58.

Audite iterum ſanctum hunc Doctorem, *Boni & ſtudioſi etiam ſine præmij reſpectu divinam pulchritudinem intuentur. Quod ſi quis imbecillior ſit, etiam in præmia ſpectet.* Poſtea, fratres Cariſſimi, quis confundere auſurus eſt, *anxiam proprij commodi appetitionem* ſeu *mercenarium affectum*, cum eo deſiderio quod in ſpe ſupernaturali ſpiritus ſanctus nobis imperat? Dixeritne quiſquam hunc Patrem non ob aliud ſpem ſuper naturalem tolerare quam ob noſtram imbecillitatem, & majori affectum iri præmio qui ſpe æternæ beatitudinis abſtineret? Dixerit ne quiſquam à bonis & ſtudioſis diligenter amputari proprium ſpei motivum, hoc eſt, ſummi boni noſtri reſpectum, & ſi *imbecillior* quis fuerit huic merce- hom. 76. in Joan.

dis ſpem permitti? qui ſic loquentem Chryſoſtomum exhiberet, Chryſoſtomum blaſphema proferentem induceret, in ſperante non in ſpe aliquid amputatum cupit. Quod autem amputatum cupit nihil aliud poteſt eſſe quàm imperfectum erga nos ſtudium intuitu donorum quibus beati futuri ſumus. Imperfectum illud ſtudium cum à gratiâ non oriatur, ortum à naturâ ducat neceſſe eſt. Ergo in naturâ reperienda eſt illa *proprij commodi appetitio* quæ juſto *mercenario* ineſt.

Ubi ſanctus hic doctor loquitur de voto quo Apoſtolus optabat *anathema eſſe pro fratribus ſuis*, fideles inſtar Gregorij Nazianzeni præparat ad doctrinam quâ percellentur. Dicturus eſt inquit, de *arcano & novo amore. De iis quæ nova & incredibilia videbuntur, ſcilicet volebat Apoſtolus pro ſalute fratrum alienari non à Chriſti amore (abſit) quandoquidem propter amorem hæc faciebat; ſed fruitione & gloriâ &c. à Cœlorum Regno libens excideret, & ab illa arcana gloriâ . . . quoniam procul ab hoc amore abſumus, ne animis quidem cogitatione dicta hæc complecti poſſumus. Sic enim quidam Pauli appel-*

hom. 16. in ep. ad Rom. t. 224

lationem ne quidem digni ſunt qui audiant, ſunt que ab illius vehementiâ tam longè, tamque procul diſtantes, ut illum ſentiant hæc de temporariâ morte dicere, quos equidem tantumdem Paulum ignorare dixerim quantùm cæcos radium ſolarem .... non eſt ita, non eſt ita, quin potius lumbricorum in fimo latitantium ejuſmodi opinio eſt. Unde nam hic Pater gratuiti hujus amoris puritatem tantoperè admiratur? Unde nam liberalis hujus amoris ideam ſtupet? an quod ſpem ſupernaturalem evertat? Imo hæc una eſt tantæ admirationis cauſa, quòd licet ſpes in gratuito amore remaneat illæſa, nihil *mercenariæ appetitionis* in eo reperiatur, nihil naturalis ſui ipſius amoris ſit reliqui, nihil ſuperſit *mercenarij ſtudij* quo amor ille foveatur.

Caſſianus de juſto perfecto loquens ait: *duo namque ſuperiora propriè hominum ſunt eorum qui ad perfectum tendentes, necdum affectum concepere virtutum. Tertium ſpecialiter Dei eſt & eorum qui in ſeſe imaginem Dei ac ſimilitudinem receperunt. Ille namque ſolus ea quæ bona ſunt nullo metu, nullâ remunerationis gratiâ provocante ſed ſolo bonitatis affectu operatur.* *Coll. undec. c 6.7 8. 9.11. & 12.*

Chæremoni Abbati qui sic locutus fuerat, Germanus Cassiani socius objicit hac doctrinâ supponi in spe *aliquid imperfecti*. Hoc nostris diebus præcisè objicitur. Abbas ille respondet, coronas omnes non esse pares, *multas esse mansiones in Domo Patris Cœlestis, qui in timore Dei beatus atque perfectus extiterit, ambulare de virtute in virtutem, & de perfectione ad aliam perfectionem nimirum à timore ad spei perfectionem, & postremo conscendere mentis alacritate, ad beatiorem denuò statum quod est Caritas.* Qui hæc legit crederet à Chæremone omne aliud præter Caritatis motivum à Tertio gradu excludi, proindeque spem ab eo rejici, crederet etiam spem solis *mercenariis* permitti, Caritatem verò ad perfectos filios solum pertinere. At ex ipsius verbis facilè perspicitur ab eo in perfectis relinqui spem à Caritate maximè gratuitâ animatam atque imperatam, & solùm ab hoc statu juxta Chæremonem excludi servilem timorem & naturalem seu mercenariam spem, quæ tantum abest ut sit spes supernaturalis & virtus Theologica, ut contra hujus perfectionem minuat. *Assumens eos de timore*

servili & mercenariâ spe ad dilectionem Dei, & adoptionem transferat filiorum, & quodammodo perfectiores faciat de perfectis. Videtis eum non excludere ex eminentissimâ perfectione nisi duos illos naturales & imperfectos affectus quorum aliquid in primis gradibus superesse supponit. Duo illi gradus sunt quidem perfecti, at minùs quam tertius gradus, quia illis adhuc insunt *hæ timoris servilis ac mercenariæ spei reliquiæ.* In statu justorum primi & secundi ordinis adhuc reperiuntur illæ imperfectionis reliquiæ cum timore ac spe supernaturali quæ in se nihil imperfecti complectuntur cum a gratiâ profluant. Hoc est mei libri systema quod à Cassiano desumptum est. Ut ipse non excludo à perfectorum statu nisi spem naturalem & mercenariam spe supernaturali nullatenus imminutâ. Ille Autor quamvis in exponendâ gratiæ doctrinâ erraverit, in rebus tamen asceticæ vitæ magnâ valet autoritate, fatentibus ipsis summis gratiæ defensoribus sanctis nimirum Prospero & Fulgentio. Pretiosa Monachorum S. Antonij Discipulorum placita collegit. Quoad perfectissimæ vitæ præcep-

ta eum Sanctus Benedictus tanti facit quanti ipſum Baſilium.

In Ep. ad Rom. Theodoretus ubi dixit Apoſtolum cœlum & inferos provocaſſe ſi ſe ipſum à Chriſto a vellere poſſent, aſſerit *æternam vitam non exæquari Caritati in Deum non eſt enim amandus propter bona promiſſa, ſed illa propter ipſum expetenda*. Loquitur de *formali beatitudine*, vult eam à nobis optari ut nos ipſos Dei ordini conformemus, illumque perfecto & æterno amore diligamus. Illud deſiderium naturâ purum eſt, plerumque ſolum eſt, neque illud, ut in quovis alio ſtatu naturalia ac mercenaria deſideria antecedunt aut ſubſequuntur. Ea ſpes eſt quæ à Caritate imperatur, ut Catechiſmus Tridentini Concilij adnotavit.

in Ep ad Rom. c 9 Theophilactus qui tres Chriſtianorum claſſes ſtatuit eodem modo quo Chryſoſtomus, Theodoretus, Joannes Antiochenus in ſuâ ad Theodoretum Epiſtolâ, Caſſianus, Iſidorus Peluſiota & Photius, explicat apoſtoli votum quo anathema eſſe pro fratribus optavit, concluditque nos æternâ pœnâ ab amando Deo non eſſe deterrendos.

ad Iſchyrion. l. 2. ep. 58. & l. 1. ep. 407. Bibl. pag. 1063.

S. Joannes Climacus ſupponit tres

hominum Classes, servorum mercenariorum & filiorum, illosque omnes ut justos habet profitetur se loqui de iis *qui sinceri & germani sunt servi*, illos ab his secernit quos vocat *inutilia mancipia. Omnes ad nutum ipsiu facti quidquid imperat sine cunctatione exequuntur. Inutilia autem mancipia suscepto baptismate legem violant.* Author ille tres hominum classes exhibet quorum alij *præsentis vitæ commoda spontè promptèque abjecerunt ob ingentem sarcinam peccatorum alii ob spem futuri regni, postremi propter Dei summi boni amorem.* Primos exprimit timore quo adhuc tenentur. Secundos spe quâ ad suum solatium etiamnum indigent. Tertios Caritate qua Deo uniuntur. Spes omnibus & Caritas inest;omnes enim ut athletæ præmium ferunt. *Pius agonistarum munerarius Deus quocumque fine metam attigerint cursum religiosæ vitæ ratum habebunt.* At Justi mercenarij egent adhuc superstite quâdam spe humanâ quâ sublevuntur & alimento quo naturalis & mercenarius eorum affectus recreetur. Postremi Deo plerumque uniuntur, nullo imperfecto affectu in ipsis residuo.

de gradibus grad. prim.

lib. de myſtag. c. 24. pag. 523 S. Maximus tres ponit Claſſes *fidelium & piorum*, hos vocat, *incipientes, proficientes & perfectos : ſervos, mercenarios & filios. Aſſerit tres eſſe Claſſes hominum qui* ſalvantur τὰς τρεῖς τάξεις τῶν σωζομένων, filios neque minarum metu, neque promiſſionum cupiditate moveri. En abſoluta excluſio negativè expreſſa & hæc excluſio pertinet ad certum vitæ ſtatum nempè filiorum. Longè abeſt ab excludendo quolibet timore, multo minùs quâlibet ſpe. Unum vult ab animæ perfectæ ſtatu amputatum, ſpem ſcilicet humanam ſeu mercenarium deſiderium.

in parab. fil. prodig. c. 63. pag. 372 ed. Colon. Venerabilis Beda dicit inter *filium mercenarium & ſervum non minimam eſſe diſtantiam; ſervum videlicet eſſe eum qui adhuc metu gehennæ ſive præſentiæ legum à vitiis temperat, mercenarium qui ſpe ac deſiderio Regni cœlorum, filium qui affectu boni ipſius.*

de ſimilitud. c. 169. p. 185. S. Anſelmus ſublimis ille ac pius Theologus eaſdem claſſes ſtatuit in placitis quæ Edmerus fidus ejus Diſcipulus, ac vitæ ipſius Autor collegit. Tria hæc hominum genera ſalvari declarat. At Deum inducit juſtos primæ & ſecundæ claſſis alloquentem nec

plenam iis mensuram impertientem, *plenam retributionem .... quia non purè me diligebatis, sed quoniam à me lucrari volebatis*. Illis exprobrat quòd suum lucrum non solum in hac vitâ sed etiam in *futurâ* quæsierint. Ergo mercenaria appetitio, seu studium lucri quod amoris officij puritati, quodque plenam gloriæ mensuram adimit, aliqua est imperfectio; licèt hic affectus vitam futuram spectet, atque hæc imperfectio nedum in omni statu necessaria sit, amputanda seu mactanda est ad vitandam hanc exprobrationem, *non purè* me diligebatis. Spem ne virtutem Theologicam Deus imperfèctis justis exprobrabit? Id illis exprobrabit quod à spiritu sancto in ipsis infusum fuerit? Hoc cogitare impium foret. Ergo non exprobratur nisi imperfectio quæ naturam sequatur. Amor purus nec mixtus secundum Anselmum 3°. statui reservatur, *alius est qui verè Deum diligit & solo amore ejus* præcepta ejus custodit. Quod vocat verè diligere, est perfectè amare, omnem Dei legem *solo Dei amore* implere est. Cum *solum* dicit, purum intelligit. Amor enim qui purus vocatur, amor est su-

pernaturalis & à ſpiritu ſancto infuſus qui nullum naturalem deliberatum amorem admixtum vel adjunctum habet. *Deus meus*, exclamat alibi magnus idem Sanctus, *Qui enim ſe totum abnegat ut Deum habeat, qui ſibi perit ut tibi valeat, qui ſibi nihil eſt ut tibi aliquid ſit, ſi nihil in ſe habet, nihil ſui amittere timet, ſed ſemper ſecurus eſt, te quod tuum eſt conſervare: ſi minentur ei pœnæ inferni, vel ignis purgatorius, parum timore eorum afficitur, quia cantabit vacuus coram latrone viator, & ſe non timet perdere qui ſe abnegat. Si enim tu eum qui tuus eſt ad pœnas mittere velles: ſemper tamen de te in bonitate ſentiret, paratus ſuſtinere quod velles, nec diceret cur ita facis? Cui prædicta ſententia non placet da ei Domine ſe abnegare ut intelligat.*

mde ençurat. crucis c. 4 p. 456

Hic proculdubio ſtatus eſt animæ à quolibet mercenario affectu, ſeu anxiâ proprij commodi appetitione alieniſſimæ. Sperat tamen neque voluit S. Anſelmus quemquam in hoc ſtatu ſpe deſiſtere. Ergo manifeſtum eſt mercenarium affectum, ſeu anxiam ſui commodi appetitionem ſpei non eſſe eſſentialem ac proinde ſecundum mag-

num hunc Theologum poteſt huic mercenariæ proprij commodi appetitioni nuntius remitti ſalvâ ſupernaturali ſpe ſummi noſtri boni, quod nobis in omni ſtatu ut noſtrorum votorum objectum promiſſum eſt.

S. Bernardus quatuor diverſos amores ſeu amoris ſtatus in animabus annotavit. Non credit quartum in hac vitâ perfectè apprehendi. *Neſcio ſi a à quoquam hominum quartus in hac vitâ perfectè apprehenditur, ut ſe ſcilicet diligat homo tantùm propter Deum.* Amor eſt, *oblitus ſui, inebrietas ubi te ipſum non ſentis*, ubi ab hoc raptu, *te non revocat corpus mortis, carnis neceſſitas, defectus corruptionis, nec ipſa fraterna Caritas.* S. Bernardus tantùm abeſt ut in hac vita hanc extaticam & perfectè permanentem contemplationem admittat, ut ne in beatis quidem illam niſi poſt corporum reſurrectionem admiſerit. *Ep. ad Gui g. Cart. de dilig. Deo.*

Verum quinam eſt tertius ejus amor, mox perſpicietis, fratres cariſſimi, eundem eſſe ac quintus mei libri amor. *Hic amor eſt gratuitus, quia qui ſic amat, haud ſecus amat quàm amatus eſt, & qualis ſuſcipitur amor ſic redditur, quia* *De dil. Deo.*

non quæ sua sunt quærunt, sed quæ sunt J. C. quia *Domini confitetur*, non quoniam sibi bonus, sed quoniam bonus. * Absit ne unquam in perfectissimis animabus amorem hoc amore puriorem admiserim.

* *Amor iste meritò gratus quia gratuitus ... qualis suscipitur talis & redditur. Qui enim sic amat, haud secùs profectò quàm amatus est, amat, quærēs & ipse vicissim non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. Quemadmodum ille nostra vel potiùs nos & non sua quæsivit .... Domino confitetur non quoniam sibi bonus est, sed quoniam bonus est. Hic verè diligit Deum propter Deum non propter seipsum.*

Patrem hunc secutus declaro neminem in hac vitâ planissimè solutum esse à concupiscentiâ ordinatâ seu subditâ, *nunquam sine cupiditate sed ordinatâ*, nec hîc pervenire ad statum cujuslibet variationis expertem, in quo se nunquam nisi propter Deum quis diligat, atque ut hanc sententiam exprimerem, dixi, perfectissimas animas non solum peccata venialia admittere, sed nondum versari nisi in statu quoad gratuiti amoris liberalitatem variationi obnoxio. At saltem amor qui à sancto Bernardo in perfectis filiis dum hic vivunt agnoscitur, idem ille est quem

vidimus, & quem iterum mox visuri sumus. *Non sine præmio diligitur Deus etsi absque præmij intuitu diligendus sit.* Multum abest ut sic locutus fuerim absolutè excludens desiderium præmij & motivi quo præmium desideratur *absque præmij intuitu præmium non requirit.* Præmiine motivum ac desiderium rejicere intendit Bernardus? Motivum illud summi boni quatenus nostrum bonum, nonne est spei Christianæ motivum? Illius amputatio non ne impia desperatio est? Hancne Sancto Bernardo imputabimus? Dicemusne ab eo positam in hac desperatione perfectionem? Num quodlibet formalis beatitudinis desiderium ab eo ablatum esse contendimus? Num etiam asserere auderemus secundum Bernardum sitam esse perfectionem in totâ fere cessatione à spei supernaturalis actibus? Cui non hæc doctrina offendiculo foret? An non liquet maximos sanctos eos esse potissimum qui maximè sperant adventum Regni Dei cumquo etiam regnaturi sunt? An non evidens est hunc Patrem non intelligere hîc nisi imperfectum erga mercedem affectum? Affectus ille quem ut imperfec-

Non enim sine præmio diligitur Deus, etsi absque præmij intuitu diligendus sic. Vacua namque vera caritas esse non potest, nec tamen mercenaria est quippè non quæri: quæ sua sunt ... verus amor præmiũ non requirit, sed meretur.

tionem excludit à gratiâ & ſpiritu ſancto oriri non poteſt. Ergo naturalis eſt. En mercenaria proprij commodi appetitio quam & ſervat mercenarius, & mactat filius perfectus etiam cum ardentiſſimè ſperat. Idem Doctor alibi dicit triplex hominum genus curru vehi in via legis Domini. *Super comminationem ſervus ſedet, ſuper promiſſionem mercenarius. Horum uterque trahit currum, alter timore, alter cupiditate, & uterque propriis ſtimulis impellitur. Solus filius, qui nec timore quatitur, nec illicitur cupiditate, ſed ſpiritu dilectionis agitur, ſine labore & læſione vehitur in curru. Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij ſunt Dei.*

ſerm. 35 inter parvos.

ſerm. 9. de diverſis.

Denique hic Pater poſtquam exhibuit *juſtum jam robuſtæ ætatis, qui nec lacte jam potatur, ſed veſcitur ſolido cibo, qui nec parvas parvulorum conſolationes captat*, talem filium declarat non eſſe mercenarium quamvis hæreditatem ſibi ſummoperè exoptet. Deinde ſubdit. *Invenitur tamen gradus ſublimior & affectus dignior iſto, cum penitus caſtificato corde nihil aliud à Deo quærit quàm ipſum Deum.* Ille exclamat, *quid enim mihi eſt in Cœlo &c.*

neque enim hujus ſtatus anima *privato ſui ipſius amore*, ideſt per proprietatem *ſuum aliquid, non fœlicitatem, non gloriam non aliud quicquam deſiderat. Sed tota pergit in Deum, unicumque ei ac perfectum deſiderium eſt, ut introducat eam Rex in cubiculum ſuum ut ipſi adhæreat, ipſo fruatur. Unde & jugiter revelata facie, quoad poteſt, cœleſtis ſponſi gloriam ſpeculando in eandem imaginem transformatur de claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu.* Meminiſſe oportet à Sancto Bernardo cum loquitur de fruitione, ut anteà ab Auguſtino intelligi fruitionem non ſui ſtudioſam & mercenariam ſed ſimplicem puri amoris unionem quâ nos ad Deum totos referimus. Hæc ſponſæ transformatio non eſt niſi perfecta voluntatis unio, *Jugis contemplatio revelatâ facie* quam ſic exprimit, *jugiter revelatâ facie quoad poteſt cœleſtis ſponſi gloriam ſpeculando.* Non eſt, accuratè loquendo, jugis ſeu perpetua, atque id expreſsè aſſerit S. Bernardus, non eſt intuitus facie ad faciem, tantùm eſt contemplatio purior & frequentior contemplatione animarum minùs perfectarum. Hac voce

serm. 35. inter parvos. *quoad potest* hujusmodi locutiones temperantur.

Non jam illici cupiditate, sed agi amore, idemne est ac non amplius sperare, ac spei motivum rejicere? Hoc motivum rejicere non intendit Bernardus. Ergo non vult rejectum nisi mercenarium motivum, atque humanum desiderium adhuc eum audiamus. *de dilig. Deo.* *Nemo conducit* (ait idem Pater) *aut esurientem ut comedat, aut sitientem ut bibat, aut certè Matrem ut parvulum allactet filium uteri sui.* Sic loquitur ut significet non opus esse perfectis Dei amicis quo ad eum amandum invitentur præmio quod formalis beatitudo est. Dicit eum convinci non castè diligere qui diligit bonum aliter propter se quam propter proximum, *amor*, dicit alias idem Doctor, *per se sufficit*, is per se placet & propter se, *ipse meritum ipse præmium est sibi .... amo quia amo, amo ut amem .... purus amor mercenarius non est, purus amor de spe vires non sumit.* Talis est juxta hunc patrem *Sponsa*, *quia Sponsa est quodcumque est.* *serm 83 in Cant.* Perfecti filij ut vidimus, *nec timore quatiuntur, nec cupiditate aguntur Spiritu dilectionis aguntur*

ſine labore & læſione. En excluſiones maximè abſolutæ. Quid igitur cogitabimus de ſponsâ quam ſanctus hic Doctor etiam altiùs collocat. *Sponſa in ſummo ſtat, quia nequidem de hæreditate cogitat ſicut filij maximè liberales tantiſper adhuc de eâ cogitant. Amant & filij ſed de hæreditate cogitant, quam dum verentur quoquo modo amittere, ipſum à quo expectatur hæreditas, plus reverentur, minùs amant.* Hæc eſt ſponſa quæ dicit, *amo quia amo, amo ut amem*, & ejus amor, *ſe ipſo contentus* & alibi ut vidimus, *per ſe ſufficit, per ſe placet*, & *propter ſe*, ſperat nihilominus illa ſponſa, ſponſi deliciæ. *At de ſpe vires non ſumit.* Cur? quia, inquit Bernardus, *ſuſpectus eſt mihi amor, cui aliquid adipiſcendi ſpes ſuffragari videtur.* Attendite cum hîc loquitur de ſpe, eum loqui de eâ ſpe quâ cœleſtis hæreditas Dei filiis promiſſa expectatur. Spes illa quæ ſuſpectum reddit amorem, & quam Bernardus verbis adeò vehementibus expungit, non poteſt eſſe, neque ſpes ſupernaturalis & à ſpiritu ſancto infuſa, neque ſpei motivum quod eſt noſtra beatitudo etiam formalis, neque deſiderium quod hoc motivo in nobis excitandum eſt, ne-

que frequentia actuum spei super-naturalis. Quid ergo adhuc amplius à sponsa quàm à filio amputat? Imperfectionem quæ non potest esse nisi naturalis & mercenarius erga Dei donorum maximum, nempè formalem beatitudinem, affectus. Hic Pater iterum dicit alibi, *timor facit servum*, spes *mercenarium* sua lucra sectantem, *Caritas filium*, qui parentem, *non ipsius quæcumque bona desideret*. Eò reducuntur Patris hujus voces vehementissimæ & hoc ipsum est totum libri mei systema.

serm. in cant. Ezechiæ.

Albertus Magnus quem audivit S. Thomas hæc habet, *Caritas ad Deum vera & perfecta est, quando anima cum omnibus viribus suis ardenter se infundit Deo, nullum commodum transitorium vel æternum quærens in eo, sed solummodo propter bonitatem*. Anima *enim delicata*, inquit, idest amoris sui puritatis zelotypa, *quasi abominatur amare Deum per modum commodi vel præmij*.

Parad. anim l. a. c. &c.

Advertite ab hoc Authore sicut à cæteris gratuiti amoris liberalitatem non tribui nisi perfectissimo amori. Per præmium intelligit mercedem spectatam ut commodum & cum naturali & mercena

mercenario affectu. Absit, ut unquam dicantur perfecti *abominari* spem Christianam quæ supernaturale est summi boni desiderium. Ergo non est nisi mercenarius & imperfectus affectus quem perfecta anima & Dei amore erga se ipsam zelotypa ferre non potest. Hoc ipsum *abominatur*, hoc ipsum puro amori mactat.

S. Thomas postquam tres hominum Classes distinxit, dicit, *perfectos etiam in Caritate proficere, sed non esse ad hoc principalem eorum curam*. Quænam est ergo principalis hæc cura? Quid *principaliter*, plerumque *intendunt* puræ illæ animæ quæ jam mercenariarum imperfectione non laborant? Hoc, *ut Deo inhæreant & eo fruantur* & posteà *sed jam eorum studium circa hoc maximè versatur ut Deo inhæreant*. Non desinunt nec sibi invigilare nec beatitudinem sperare, nec optare cælestia quæ eo perducunt dona. Verùm hæc amoris unio, mercenariæ appetitionis expers in quâ omnes distinctæ virtutes placidè exercentur, ordinarius est earum animarum status. 2. 2. q. 24. a. 9.

S. Bonaventura vel author mysticæ Theologiæ quæ in operibus ejus repe-

2.petit. ritur, asserit *animam illud quod plus dilecto placere decreverit, semper in omni actu exercere, se adnihilantem, eam quærere non quæ sua sunt sed quæ*

2. & 6. petit. c. 3.part. 1 *Dei &c. Quando mens ab omnibus aliis recedens, inquit, posteà se ipsam dimittens unitas est &c. Tunc non aliquod emolumentum temporale desiderat, non aliqua dona Sponsi, scilicet gratiam, virtutem vel gloriam, sed ipsum qui est totius Deiformis emanationis princi-*

c.3.partic. 4. *pium, nihil aliud affectans.* En amor quem *extaticum, Deificum & transformantem* post sanctum Dionysium

cap. 3. part. 2. nominat, amorem sine motivo. Est enim absque cogitatione, sine motu intelligentiæ concomitante. Facile intelligitur non velle eum esse amorem penitus cæcum & motivo vacuum, non vult excludere nisi mercenarios intuitus & mercenaria naturalis amoris sui desideria. Hæc addit: *Libertas illa cognosci non potest nisi ab illis qui ipsam experimentali notitiâ præsentiunt, ut diabolum non timeat, mortalem hominem nullatenùs pertimescat, ut stimulos pœnæ æternæ non sentiat, ut susceptionem mortis amplectendo gaudeat, ut quæ immediatè per veram unitionem*

Creatori proprio se subjecit, in omnibus liberam ipsius promissionem consequatur, dicentis in Joanne, si filius Dei vos liberaverit, verè liberi eritis. Tunc enim verè filius Dei liberat, quando dexteram amoris ipsam extendendo porrigit ut ipsi inhæreat omni creaturâ suppositâ, & nihil sub Deo pœnale amanti in unitivis desideriis dominetur & hæc est ratio quia in loco tuto per infixionem amoris se firmiter collocavit, nihil aliud timet extrinsecum nec etiam ipsum in quo habitat, cum amor familiaris minas illius quem diligit facit oblivisci.

Ille Author non vult castum timorem adimere, multo minùs spem virtutem Theologicam extinguere intendit, multum abest ab excludendo supernaturali desiderio *donorum sponsi, gratiæ scilicet virtutis & gloriæ*. Ergo nihil ab iis excludit quam naturalia & mercenaria desideria.

Dionysius Cartusianus tres ponit gradus fidelium: servorum, amicorum secretorum & filiorum occultorum, servi, inquit, *peccata diligenter declinant, ac divina præcepta fideliter servant, nondum tamen contemplativi atque interni facti sunt, sed activi, & in* *l. 2. de laude vit. sol. a 10.*

activæ vitæ piis sanctisque operibus Deo placere festinant, atque hujusmodi exercitia magni pendunt & eligunt. Denique secreti amici internâ atque affectuosissimâ Deo inhæsione intenti sunt, & ad spiritualem se gustum transfundentes consilia quoque implere conantur & contemplativæ actibus vitæ se tradunt. Verumtamen nondum nudi omninóque simplices effecti sunt, quippe qui necdum proprietatem omnem reliquerunt, neque sibi ipsis mortui sunt, nec à se ipsis prorsus deficiunt, adhuc enim Dei dona magni pendunt, amant atque desiderant. En justi proprietarij seu proprio commodo addicti, ut vocant posteriorum temporum sancti. Iterum Dionysium Cartusianum audiamus. *Occulti filij his utique moriuntur, solique super pulchræ æternæque divinitati vacantes, nihil præter eam magni pendunt, amant, advertunt aut cupiunt.* Quibus autem moriuntur? Dei donis quæ secreti amici adhuc desiderant. Sed moriunturne absolutè omni Dei donorum desiderio? Minimè; uni moriuntur *Dei donorum proprietati*, quam secreti amici nondum reliquerunt. Hic author addit, *occultos filios in amore comburi,*

in nihilum redigi & in Deum transformari atque ipsi indissolubiliter unitos videri. In hac transformatione mentis in Deum mens ipsa à se defluit ac deficit, & in ipsam Deitatis abyssum mergitur & deprofundatur omni sui ac caterorum proprietate relictâ. Illa *proprietas* quam relinquit est proprium commodum seu mercenarius affectus. *Liquescit*, inquit, *annihilatur & à se ipsa deperditur.* Inter se & Deum *alteritatem non percipit, Quoniam in Deiformem simplicitatem meavit*, Ille, *inquit iterum, qui Deum ex omni fortitudine sua diligit non commodi alicuius intuitu, sed nec renumerationis aspectu, vel quia Deus sibi conveniens est eoque ipse eget, Deum diligit.* Subdit: *Quin potius propter suam bonitatem, sanctitatem & perfectionem eum amat atque complectitur & jam non metu pœnarum neque felicitatis obtentu, sed propter ipsum nudum boni affectum, desiderium virtutum ac divinitatis ardorem Deo adhæret.* Dicemusne raptum quemdam esse momentaneum, quo effluxo, anima statim fiat proprij commodi appetens seu mercenaria. Contra author affirmat obsequium illud esse volunta- *lib 2. de vit. & fin. solit. a. 1.*

rium & continuum *jugiter & delectabiliter paret.*

Qui audit hæc verba in animum sibi induceret hunc sanctum contemplantem voluisse beatitudinis spem amputare, ejusque motivum quod est intuitus ejus *quatenus nobis conveniens est, eaque egemus.* At si quæ sequuntur, inspiciat, facilè adnimadvertet nihil aliud voluisse, ut nec ego volui, excludere quam naturalem mercedis amorem qui justos mercenarios seu proprij commodi appetentes constituit. *Denique*, inquit, *neque nos ipsos, nec propriam salutem aut commodum, nisi in ordine ad Deum, propter Deum, & ob ejus amorem atque honorem amare debemus.* En termini negativi adhibiti non quidem ad exprimendum non excitari voluntatem propriâ objecti bonitate, sed ad solummodo significandum à voluntate non desiderari gradum illius boni, quod objecto inest, nisi quantùm in Dei divino ordine via est conducens ad finem ultimum, nempè Dei gloriam. Nam se tantùm propter Deum diligens non potest ullum sibi desiderare bonum nisi propter eum. *Vera dilectio sola meretur ..... naturalis*

nihil à Deo promeretur. Naturalis perhibetur, quoniam ex naturali inclinatione qua cuncti beati esse desiderant proficiscitur & ex informi fide egreditur. Itaque nos & propriam salutem in Deo, ad Deum, & propter Deum amemus, ille nos dilexit nihil à nobis recipere sperans, bonorum enim nostrorum non eget, sed propter nos ac nostram salutem fecit atque refecit, & hoc non propter nostram justitiam sed propter munificentissimam bonitatem. Omnia namque propter se ipsum operatus est Dominus. Sic quoque dum eum propter ipsius purissimam bonitatem non pœnarum horrore, nec præmiorum cupidine diligimus, Deiformes efficimur. Videtis juxta hunc Autorem *proprietatem* seu proprium commodum quod anima relinquit, & quod in oculto filio non amplius reperitur naturalem esse beatitudinis amorem, & ut Deiformes simus, nobis Deum esse diligendum supernaturali amore, qui naturalem illum sui amorem in animâ non jam adjunctum habeat. Omnes illæ voces non excludunt veram utilitatem, neque illam ad nostrum finem ultimum convenientiam quam in vir-

tutibus quærimus, eò reducuntur ut mercenaria motiva excludantur, & omnia particularium virtutum motiva evehantur perfectione Caritatis quæ illas prævenit, vegetat & imperat.

l.3 c.37 Imitationis J.C. Author cujus opus tot ab hinc annis fidelium manibus teritur, tantâ utilitate & gratiâ sæpè contra animas *proprietarias* invehitur,
l.3 c.37 sic ait, *hoc desidera ut ab omni proprietate possis expoliari & nudus nudum Jesum sequi, tibi mori & mihi æternaliter vivere:* Videtis sine proprietate desiderari posse Deo æternaliter vivere. Illa proprietas quæ ut imperfectio ab eo rejicitur non potest esse nisi naturalis nostri ipsorum amor, quo ornatui & suavitati quam perfectio virtutum inspirat, & gaudio obtinendi præmii addicimur. Hic autor exclamat. O
l.2.c.11. *quantum potest amor Jesu purus, nullo proprio commodo vel amore permixtus.* Hoc modo proprium commodum intelligendum est. Amoris puritas omnem permixtionem excludit. Quænam autem excluditur permixtio? An amoris spei supernaturalis cum amore caritatis? Nullatenus certè: uterque amor in quolibet statu necessarius est,

uterque ſupernaturalis eſt, & à ſpiritu ſancto infuſus. Hæc admixtio tantùm abeſt ut amoris puritatem inficiat, ut contra cuilibet amoris ſtatui in hac vitâ ſit eſſentialis. Quænam ergo illa eſt proprij commodi admixtio quam excludit amoris puritas? *Eſt amor ſui*, atque, ut id repetam, ille ſui amor eſtne caritatis amor quo proximum & noſmetipſos diligimus? Minimè; talis enim amor nedum excludatur, univerſæ ſpirituali vitæ eſſentialis eſt. Poteſtne ille noſtri amor qui mercedem exquirit, qui nobis amputandus eſt ut mercenarius, dici ſupernaturalis? Nullomodo; non enim gratia nos mercenarios efficit, nec ſpiritus ſanctus mercenariæ appetitionis auctor eſt. Proprietas igitur non eſt Dei donum, ſed naturalis noſtri ipſorum amor, donum nobis ut proprium vindicat. *Hic ſui ipſius amor qui eſt proprium commodum* ſeu mercenaria appetitio, quique puro amori admixtus ejus puritatem contaminat, non poteſt alius eſſe quàm noſtri ipſorum amor qui nos donis ſpiritualibus addictos facit. En illud commodum quo animæ efficiuntur *proprietariæ*, & cui ad perfectionem

omninò renuntiandum est. Qui caret hoc commodo seu naturali & deliberato sui amore, *nec mortem nec supplicium, nec judicium, nec infernum metuit* eo metu qui a nullo alio quàm à naturâ oritur. Author miram quoque hanc orationem ad Deum fundit, *amem te plusquam me, nec me nisi propter te.* En eadem præcisè doctrina quam apud Augustinum vidimus. *Et nos in ipso tamen propter ipsum.* Notate autorem velle quidem se amare sed tantummodo propter Deum. Ergo amor sui quo *proprium commodum* constituitur, non est juxta ipsum amor sui propter Deum. Ergo amor ille naturalis est, atque de hoc ipso imperfecto amore hæc dicit: *amor se ipsum nunquam quærit, ubi enim seipsum aliquis quærit ab amore cadit. Denique* idem Author adnotat, *aliquorum desideria ad cœlestia flagrare & tamen à tentatione carnalis affectus liberos non esse; idcirco nec omnia purè pro honore Dei agunt, quod tam desideranter ab eo petunt. Tale est*, inquit, *tuum sæpè desiderium.... non enim est hoc purum & perfectum quod propria commoditate est infectum.* En hic admiscentur natura & gratia

l. 1. c. 24

l. 3. c. 5.

ibidem.

l. 3. c. 49

non quidem in iisdem actibus sed in animarum statu junctis actibus. Hoc ipsum justorum mercenariorum imperfectionem efficit.

Audite plures alios sanctos contemplantes, Hugo à sancto Victore zelo adeo ardenti invectus in *insensatos* illos qui timebant ne optata salute mercenarij forent, sic loquutus est, *dilige te quod diligeris ab illo.* En Dei beneplacitum quod est omnium desideriorum quibus nobis aliquid optamus fundamentum. Addit, *dilige dona illius quod data sunt ab illo. Affirmat Moysem & Apostolum prætulisse Dei gloriam saluti suæ. Maluerunt Dei gloriam manifestari in tot salvatis quam diminui in uno salvato.*

l. 2. de sacr. c. 8 p. 145. ed Mogunt.

In instr. monast. de arrha anim. tom. 2. p. 225.

In ep. ad Rom. q. 232. tom. 2. p. 405.

Richardus à S Victore exhibens varios amoris gradus ex his tertium designat cujus tyrannis eò usque progreditur ut intolerabile efficiat quidquid non conducit in unum desiderij sui finem. *Animus in hoc statu sui ipsius oblitus, nescit se ipsum, totus que transit in Deum suum.* Qui ad hunc 3um. gradum amoris profecerunt, *nihil jam propriâ voluntate agunt.* En proprietatis exclusio. *Illæ animæ decoquuntur sicut metal-*

de grad. violent. carit. grad. 3. & 4. p. 36. & 362.

lum divino igne liquefactum , *non jam inest illis propria forma nec consistentia propria* , tunc omnibus *omnia fiunt* , instar Apostoli , amor *quasi in amentiam vertitur nec sinit animum in suâ æmulatione modum tenere.* Nonne, *summæ amentiæ* videtur esse *veram vitam repellere* , optando ut Paulus anathema esse , & ut Moyses de libro deleri. *Veram vitam repellere* , nihil aliud significat quàm cessationem desideriorum *propriæ voluntatis* quoad vitam æternam.

p. 407. Suso à Bellarmino laudatus dicit
412. animas eminentissimi gradus , quam
434. *p.* 149. nonam rupem nuncupat , *se ipsos offer-*
edit. de re Deo quidquid cum eis in tempore &
Fouet. æternitate facere visum illi fuerit , & nihil jam velle cum proprietate agere.

Harphius cujus opera correcta &
p. 272. impressa Romæ , *referente Bellarmino* , *dicit perfecti hominis caritatem nihil amplecti nisi divinum beneplacitum* , *paratam in tempore & æternitate susti-*
p. 604. *nere omnem jacturam propter Deum sine omni cordis retractatione.* Ait *hunc amorem esse nudum* , *quietum & otiosum* , *quia ab omnibus intermediis se denudat.*

Rusbrokius dicit, *in Divinâ libertate spiritum hominis supra suam ipsius naturam per amorem sublevatum esse supra metum mortis, inferni, Purgatorij, & ultra molestias omnes quæ corpori vel animæ in tempore vel æternitate accedere queant.* Specul. salut. pag. 27.

Hic author eò usque progreditur, ut dicat *animam amorem jam nolle ut Deum secum agere permittat*. Hæc verba strictè sumpta christianam pietatem extinguerent, sed hic author tantum intendit anteponere *passivum amorem activo*, idest amorem purum, placidum & gratuitum amori sollicito in quo naturalis & mercenarius affectus in animâ cum supernaturalibus virtutum actibus conjungitur. Gerson qui vitam mysticam ita defendit ut asseruerit *eos qui hujus vitæ inexperti sunt non posse ad ejus cognitionem magis deduci quam cæci ad cognitionem respectu colorum*, offensus tamen fuit Rusbrokij dictis. Sed Dionysius Carthusianus Rusbrokium defendit, & Bellarminus hîc annotat, *dicta eorum qui scribunt de* Gers. de theolog. mystic. part. 1. consid. 2 4. & 5. sive potius 30. de Scrip. Eccl. hunc etiam *doctorem carpsit Joan. Gerson & deffendit D. Carthusianus id enim accidere solet iis qui scribunt de mysticâ Theologiâ, ut eorum dicta ab aliis reprehendantur, ab aliis laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur.*

mysticâ Theologiâ, ab aliis reprehendi, ab aliis laudari, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur. Taulerus vir ille Apostolicus in Germaniâ sicut Rusbrokius locutus est de perfectione qua quis nequidem Dei amori addictus est, quia tunc, inquit, *anima magis patitur quam agit*. Deinde sic loquitur, *licèt vitam æternam appetere sit concessum, quò tamen obedientia puriùs pro Dei exhibetur gloriâ, eò melior atque suavior est. Purè namque ad Dei gloriam obedire, non servorum aut mercenariorum sed filiorum est, quibus nimirum ipse Patris honor qualibet mercede dulciùs sapit.* Eskius, referente Bellarmino, Taulerum *ut suspectum circa fidem contempsit sed* Blosius *egregiè hunc deffendit.*

eddit. gallica p. 136. p. 208.

Porrò hũc virum ut suspectũ circa fidem cõtempsit Joan. Ekius. Sed egregiè deffendit. Lud. Blosius. de script. Eccl. Inst. c. 1. p. 299.

Blosius sanctus ille & illustris in hac Diœcesi Abbas, Taulerum ut suum magistrum secutus est, *isti*, inquit, *singulares Dei amici ac filij jucundâ, tranquillâque mentis libertate gaudent, elevati supra omnes curas, supra omnem perturbationem, supra metum mortis, purgatorij, inferni & omnium quæ animæ vel corpori in tempore vel æternitate accidere possunt.*

Bellarminus doctus ille & pius Cardinalis omnes illos authores approbat. Credemusne eos voluisse positam perfectionem in portentosâ indifferentiâ quantùm ad æternum amorem Dei qui noster est essentialis finis? Credemusne eos voluisse extinctam in animis spem salutis supernaturalem? Absit ut has illis blasphemias imputemus. Unum intenderunt naturale & mercenarium æternorum bonorum amputare desiderium. Aliundè S. Authores illi omnium maximè studio ardentissimo falsorum contemplantium illusiones contudere.

Gregorius Lopez admirandus Novi Orbis contemplator hauserat Rusbrokij & Tauleri doctrinam de puro amore à nobis supra laudatam. *Anima* inquiebat, *jam voluntate caret, quidquid ad Dei honorem & gloriam pertinet, considerat, quasi Deus ipse foret, ea nullatenus considerans ut extranea.* Nempè *expertus erat quod Taulerus* Rusbrokius de uniformitate, deificatione & perfectæ animæ unione scripserunt. *Vita Greg. Lopez per Loza.*

Legimus hoc de optando cœlò placitum Balthazaris Alvarez. Sanctæ The- *Vita Barth. Alv. scripta à Patre à Ponte.*

resiæ confessoris, *probi simus, Deum ut decet colamus, cætera absque sollicitudine Deo permittamus infinitè enim & bonus & justus est.* Subdit, *Cælum petere ex naturali amore oriri potest.* Videtis ab eo non rejici nisi desideria quæ ex naturali nostri ipsorum amore nascuntur. Alia rejicere & de salute curare nolle citra impietatem non posset.

Beatus Joannez à Cruce loquens de Deo, dicebat, *quamvis anima nullam inde perciperet delectationem, eum tamen laudaret quia ipse est ..... Hæc est laus gratiarum actionis, ob id unum quod Deus sit, quod longè vehementius ac delectabilius est .... qui puro amore Dei operatur, quamvis Deum lateret, non tamen desineret idem Deo obsequium eâdem lætitia eadem amoris puritate præstare.* Intenditne sanctus ille vir spe desistendum esse? Certè nequaquam. Sed vult à perfectâ caritate spem præveniri & imperari, nec ullum plerumque in animâ relinqui naturalem & mercenarium erga formalem beatitudinem affectum.

Viva flamma cant. 4. p. 392. cant. 3. p 667. edit. gallica de chevalier

Avila dictus Andalusiæ Apostolus qui impugnavit Illuminatos, fanaticum execrandum & pestilens hominum

genus in ejus patria exortum, *vult perfectam animam continuô teneri desiderio, ut Deus in eâ glorificetur quemadmodum glorificatur in se ipso.* Subdit, *non nisi hoc uno amore animam esse planissimè contentam .... hoc amore homo sibi subtrahitur & transformatur,* Vult hic Author, *omnes illius hominis actiones, exercitia, orationes nihil spectare præter Deum & unam ejus bonitatem mercede ab eo non expectatâ. Addit licitum esse aliquando mercedem intueri ut excitemur, non autem ut eam velut nostrum finem aspiciamus. Quod si Deus nobis haud impertitus sit perfectum amorem, quo duce per hanc viam incedamus, in hoc altero minus perfecto amore perseverandum est.* Vultne spem existimari imperfectionem ad quam velut ad vile aliquid quod non nisi cæteris amissis spectatur recurramus? Nequâquam, sed vult à Caritate spem præveniri, animari, imperari & animæ relinqui solatium naturalis & mercenarij affectûs à spe supernaturali longè diversi, cum anima infirmior est ut hac sensibili suavitate privetur.

l. 1. Epist. 1, p. 159. edit. gallica.

de falsis revelationib. c. 50. p. 624.

Cardinalis Bona cujus memoria instar boni odoris in universâ Ecclesiâ

via compendij c. 13. p. 469.

diffusi etiamnum viget, sic Deum alloquitur: *Nolo te sequi per viam consolationum & delectationum, sed veri & puri amoris, nolo id quod egreditur à te, sed te ipsum solum. Malo Domine ex voluntate tuâ acerbissimas inferni pœnas sine fine tolerare quam sine te gaudiis perfrui sempiternis, si vis Domine omnia mala pœnæ libenter patiar pro te, sine ullâ consolatione, omnia volo, nihil volo.*

c. 13. p. 471.

c. 14. p. 534.

Sanctus ille vir vult omnia principio gratiæ quæ facit ut spem supernaturalem exerceamus, nihil autem naturali sui ipsius amore qui mercenariam proprij commodi appetitionem parit.

Eâdem mente pius Cardinalis Berullus vult interiorem abnegationem extendi ad ea quæ vitæ spiritûs necessaria sunt, dicit, *eam adjungendam esse desideriis quibus eam exerceri minus verisimile esset.* Primum *quod modo supra dicto purgandum est illud est æternæ gloriæ desiderium cum dilata est, multò pluris æstimantibus nobis divinam voluntatem quàm eandem gloriam, quamvis Deo beneplacitum esset eam nobis aut nondum, aut nunquam impetiri ci-*

Tracta tu de abnega- p. 661.

tra ullum peccatum à nobis eligentibus potius quiescere & delectari hâc Dei voluntate quam ipsâ gloriâ.

Beata Angela de Foligniaco se in malitiam esse demersam opinata, nihil inse nisi corruptionem & hypocrisim intuebatur, *mortem appellabat &. de inferis locuta Deum* sic alloquebatur, *accelera & cum semel me deserueris perfice, & me in hanc voraginem immerge.* in ejus vita c. 15. p. 36.

O amor exclamabat S. Catharina Genuensis *nihil volo nisi te unum, & eo quo volueris modo.... nullam in hoc desiderij scintillam intervenire cupio nec quantùm ad Cœlum nec quantùm ad ullam rem creatam. Desiderium,* inquiebat, *imperfectionem importat.* Amoris puritas non rejicit spem quâ salvi sumus, nec ideò supernaturale Cœli desiderium etiam quatenus est beatitudo creata: speranda enim nobis est ea beatitudo quam Deus nobis promisit & ad quam nos invitat. Quænam ergo sunt ea quæ purus amor rejicit *Cœli desideria*? Ea sunt quæ ex naturali nostri ipsorum affectu nascuntur. Spes supernaturalis quâ cœlum optatur, hanc imperfectionem non complectitur. Re- in ejus vitâ Edit. Duocensi c. 98. p. 173.

jectâ atque mactatâ à purissimo amore mercenariâ proprij commodi appetitione quantùm ad Cœlum, spes non evertitur. Mernenariâ proprij commodi appetitione, sic expositâ, facilè, Carissimi fratres, perspicietis ea quæ Catharina Genuensis exprimit vocibus quæ offenderent nisi præcisus earum sensus intelligeretur. *In me ipsâ dico, hoc meum, ego, Deus est. Nihil præter Deum meum novi..... nescio quid ego sim, quid sit meum, quid suavitas, bonum, fortitudo, constantia, quid ipsa etiam beatitudo. Neque jam possum ad rem ullam, sive cœli sive terræ me convertere, & licèt quædam verba specie tenus humilia & spiritualia proferam, nihil tamen eorum in me ipsâ aut scio aut percipio. Alibi dicit: amor me sic reprehendebat. Volo in te oculos claudas, ita ut nihil me videas operantem in te. Sed volo sis mortua, omnisque, intuitus quamlibet perfectus omnino in te remaneat extinctus. Neque volo quicquam egeris in quo tu ipsa esse possis.* Manifestum est illud extinctum, *Ego*, esse, *Ego* humanum, esse hîc illud (ego) quod se naturali amore prosequitur, quod mercenariam appetitio-

c. 14. p. 61. Edit. Duacensi.

nem constituit. Illud *Ego*, principium est imperfectum quum quis non jam agit nisi per gratiam. Nihil jam illi, *Ego*, reliquit, neque bona vel maximè optabilia hoc naturali & imperfecto principio jam exoptat. Salutem enixiùs quam anteà desiderat, sed plerumque non jam eam desiderat mercenario & naturali desiderio quod illud, *Ego*, inspirat.

Sancta Theresia de animabus quæ in sextâ suæ arcis mansione versantur loquens, *affirmat eas cupere ut Dominus animadverteret se ab illis mercedis motivo non coli.* Intelligitne sancta Virgo c. 9.
eas animas cupere ut Deus agnosceret ab illis rejici spem vivam in quâ nos regeneravit, neque spei motivo quod summum est nostrum bonum ad quos promissis invitamur, eas unquam moveri? sancta hæc cujus *cœlestem doctrinam* tam magnificis laudibus effert ecclesia, multum ab hac impietate abhorrebat. Ergo in iis verbis merces pro objecto mercenarij & naturalis affectûs accipitur. Eo sensu verè dicuntur illæ animæ mercenario mercedis motivo Deo non servire. Subdit Theresia, *illæ animæ non jam cogitant de gloriâ quâ*

donandæ sunt, ut de motivo quo roborandæ sint, & in Dei obsequio reficiendæ, sed tantum de uno explendo amore cujus natura est mille modis perpetuo operari. Si posset anima artes exquireret quibus se ipsam in hoc amore consumeret, si ad majorem Dei gloriam necesse esset ut in æternum extincta remaneret, libentissimè huic consentiret.

c. 3. Præterea hæc de animabus septimæ mansionis subjungit. *Primus spiritualis conjugij effectus est sui oblivio itaut anima in hoc statu sibi videatur se jam non existere, quia tota sic existit ut se jam haud noverit. Non jam reputat utrum sibi futurum sit cœlum, vita, gloria, quoniam tota de Deo occupatur: Tales homines mori non optant, sed contra multos annos vivere, maximos ferendo labores, modo hinc Dominus tantisper glorificetur.* Cum dicit gloriæ motivo eas animas non jam excitari, ea mente id dicit qua apud Sanctum Bernardum vidimus, *purum amorem de spe vires non sumere.* His vocibus adeo vehementibus duplex verissimus inest sensus. 1us. est eas animas ut supra notavi, nullo jam mercenario & naturali quoad formalem beatitudinem, affectu mo-

veri, alter est in iis plerumque caritatem non jam supernaturalibus spei actibus præveniri & præparari, sed contra in hoc vitæ perfectæ statu spem supernaturalem à Caritate præveniri, animari, ejusque spei actus imperari. 371
Ita anima Deum ob summam ejus perfectionem eodem amore diligere cuperet, licèt nulla sibi beatitudo speranda foret. Illud *nunquam* quo sancta virgo usa est accuratè loquendo nimium esset. At non significat *nisi habitualem, nec immutabilem* gratuiti amoris statum qualem in meo libro retuli.

Inter tot Sanctos Doctores, hîc sanctas illas feminas, citare non dubitavi; cum perspensis earum scriptis ecclesia eos in sanctorum albo recensuit, nihil dubij reliquit in præstantissimis earum de vitâ interiore placitis.

Rodriguez tantâ reverentiâ habitus tantaque utilitate lectus à fidelibus, dicit nos *non solum quoad gratiæ, sed etiam quoad gloriæ dona divinæ voluntati esse conformandos, verus Dei servus*, inquit, *se ipsum omni mercenariâ petitione exuere debet*. Mercenariæ petitionis quantùm *ad gratiæ bona*

c. 3. tract. de cõform. ad Dei voluntatem. p. 634. vers. gallicæ Regnerij.

abjectio, est proprietatis quantùm ad virtutes abjectio. Mercenariæ appetitionis quantum ad gloriæ bona abjectio, est proprietatis quantùm ad beatitudinem formalem abjectio. Omnem ab eâ mercenariam appetitionem absolutè excludit, sed multum abest ut ab eâ excludat spem aut ejus motivum quod summum est nobis bonum. *Ergo mercenariæ appetitionis abjectio*, seu absolutum hujus sacrificium non destruit, imo perficit hanc virtutem. Eumdem Rodriguez adhuc audiamus. *Impletâ Dei voluntate magis quam propriâ felicitate delectatur. Consummata perfectionis est*, inquit quidam Sanctus, *proprium commodum nullo modo exquirere, neque in modicis rebus, neque in magnis, neque in temporalibus, neque in æternis.* Re verâ *si proprium commodum*, seu mercenarius affectus imperfectio est, multò majore studio à summo bono quam à bonis inferioribus excludendus est.

c. 31. tract. de cõform. volunt. Dei p. 639.

Hæc perfectio, inquit, idem Author, *emicuit in summis aliquot sanctis velut in Moyse & in Paulo qui zelo salutis animarum & majoris Dei gloriæ rebantur ut hac in re sui ipsorum*

propriam ſalutem non curarent. Hic loquendi modus, Cariſſimi fratres, meos immenſum quantùm ſuperat. Rodriguez longè abeſt ut velit nobis ceſſandum eſſe ab optanda noſtrâ beatitudine etiam formali, ſic enim ceſſaremus ab optandis Dei donis quæ non ob aliud nobis pollicitus eſt, niſi ut ad ea deſideranda ſic invitaret. Vult ſolùm nos de iis non curare naturali & mercenario affectu , *ſeu anxiâ* proprij commodi appetitione.

S. Franciſcus Saleſius dicit, *ſimplicitatem nihil aliud eſſe quam caritatis actum purum & ſimplicem cujus finis unus*, ſola eſt divini amoris acquiſitio, *itaut anima nunquam pati poſſit admixtam ullam mercenariam proprij commodi appetitionem, aliter jam non eſſet ſimplicitas.* Juxta Saleſium ſimplicitas ſtatus eſt ad quem deſignandum adhibet vocem hanc, *numquam*, quem proinde ſaltem ut conſuetum & habitualem ad omnem vitam conſiderat. In hoc ſtatu omnem excludit *admixtam mercenariam appetitionem* , qua in re ſecundùm eum ſita eſt *ſimplicitas*, ſeu amoris puritas. Certè in hoc ſtatu fit abſolutum, *mercenariæ appetitionis*

Colloquio 12. de ſimplicitate.

F

ſacrificium ut dixi; nunquam enim anima admixtam ullam appetitionem ferre poteſt. Ergo *mercenaria hæc appetitio* non eſt objectiva beatitudo ſeu Deus ipſe, nec formalis; nunquam enim licitum eſt ceſſare ab eâ optandâ & ſperandâ quatenus maximum eſt Dei donum quod ab eo promittitur, atque ita divino amori unitur ut ab eo ſejungi non poſſit. *Illa proprij commodi appetitio* quam juxta hunc Sanctum *adjunctam anima ferre jam nequit*, tantùm abeſt ut ſit ſpei eſſentiale objectum, ut contra ſit imperfectio quæ ex naturali principio oritur & in animâ ſperante diffunditur, adeoque naturalis eſt imperfectio ut anima ad uni gratiæ impulſui parendum attenta, nullo modo audita naturâ, eam vel *tantiſper adjunctam ferre non poſſit. Animæ*, pergit idem Saleſius, *nullum eſt aliud motivum quo acquirat, aut incitetur ad hujus amoris inquiſitionem præter ipſius finem, alias non foret perfectè ſimplex, non enim ferre poteſt alium intuitum licet perfectiſſimum præter purum Dei amorem quem unicè intendit.* Credemus ne Saleſium toties ac tam abſolutè excludendo omnem *alium intuitum quam-*

libet perfectum præter purum Dei amorem, voluisse velut imperfectum rejicere beatitudinis motivum quod Christianæ spei essentiale est? Dicemusne eum velle animam quò perficiatur non posse unquam ferre *adjunctum ullum salutis suæ motivum*, & spei actum eidem animæ videri amore indignum. Sanctus Præsul se ipsum explicat his verbis. *Non sequimur hæc motiva simpliciter ut pia sed ut accepta, placita, amata: dilecta à Deo .... non dicimus nos Lugdunum contendere, sed Parisios, cum Lugdunum non imus nisi ut Parisios pergamus.* Non loquitur de proprio spei motivo, ipsum supponit, & multum abest ut illud excludat cum à Deo imperetur, sed eo, ut par est, supposito, non loquitur nisi de caritatis motivo, quia in hoc statu plerumque non speratur, nisi spe quæ à caritate imperatur. Quum magnus hic Sanctus dicit, *generosam amatricem nescire sui Sponsi Paradisum, sed Paradisi Sponsum diligere, & nobis conandum ut nihil quæramus in Deo nisi ejus pulchritudinis amorem, non autem suavitatem quæ in ejus amoris pulchritudine reperitur:* non credendum est eum velle exclusum

de amore Dei l. 11. c. 14.

de amore Dei lib. 10. c. 5.

ibidem lib. 9. c. 10.

quodlibet desiderium beatitudinis formalis quam schola creatum aliquid & à Deo distinctum vocat. Salesius non vult exclusum nisi naturalem & mercenarium amorem. Vult certè nos moveri omni hujus objecti bonitate, quam in eo Deus posuit, & à nobis supernarali nostri ipsorum amore optari. *Sic Sponsi Paradisus amandus, sic amanda suavitas quæ* in ejus amoris pulchritudine reperitur. Non erga objectum quatenus nobis bonum est desiderium excludit; ipsum imperfecti & naturalis amoris principium præcisè excluditur. Obiter animadvertite, Carissimi fratres, sanctum hunc Præsulem non dubitasse, hanc vocem motivum usurpare, ut ego ad ejus exemplum feci ad amoris principium quo movetur anima exprimendum. Non excludit realem multiplicitatem motivorum subordinatorum in exercitio distinctarum virtutum, sed universa hæc motiva spectat ut coadunata in uno principio caritatis quæ virtutes omnes prævenit, animat, imperat. Quapropter idem Salesius hæc dicit. *Anima cui perfecta*
collo-quio 12. *simplicitas inest, uno Dei amore ardet atque in hoc amore unum intendit in si-*

nu Patris æterni recumbere: Illa quies juxta hunc Sanctum non est nisi pax puri amoris, quippe secundùm eum, *Paradisus non est amabilior vitæ hujus ærumnis, si divinum beneplacitum perinde illic atque hic occurrat.* Tota igitur animæ simplicis intentio est ut puro amore uniatur dilecto. Eritne hæc animi affectio in solis transeuntibus actibus? Contra habitualis est. Non tantùm, inquit, *in oratione sed in universâ agendi ratione debent illæ animæ absque variatione in spiritu simplicitatis incedere.*

amor Dei l. 9. c. 4.

colloq. 21.

Sancti hujus scripta passim à perfectarum animarum statu proprij commodi appetitionem & mercenarium motivum expresse excludunt. Nullum est medium. Oportet ut impiam desperationem docuerit in his libris quos à tot annis veneratur Ecclesia, *si proprium commodum* salus est, & si *mercenarium motivum* est spei motivum, aut *per proprij* commodi appetitionem intellexerit naturalem & mercenarium affectum quem dum perficimus mactamus.

Dixi *omnes sancti hujus voces summatim significare nullum superesse proprium*

& mercenarium desiderium nec quantùm ad meritum, nec quantùm ad perfectionẽ, nec quantùm ad æternam beatitudinem. Hinc manifestum est hoc uno sensu à me circumscripta esse cætera hujus Præsulis loca quæ laudavi. Superest ut sciamus utrum magnus hic Sanctus perfectionem sitam esse voluerit in proprij circa res illas commodi abjectione. Ad hoc factum dilucidandum ipsissima ejus verba super his tribus capitibus mihi tantùm referenda sunt.

Ultima collat. seu 16. colloq. Edit Lugd. à Petro Baillio perfecta an 1628 & dedicata Episcopo Bellicensi.

1°. Quantùm ad meritum hæc habet: *non est spectandum ad meritum, hoc mihi non placet velle semper attendere ubinam sit meritum, virgines enim Sanctæ Mariæ hoc spectare non debent, sed omnia sua agere ad majorem Dei gloriam si quod fieri nequit Deo citra meritum servire possemus, id optandum esset.* Is certè multum abest à mercenariâ proprij commodi quantùm ad meritum appetitione quia ita est affectus ut si posset illi renuntiaret, & qui eò usque progreditur, ut summâ lætitiâ imaginetur casus vel maximè impossibiles in quibus citra meritum puro amore Deo servire possit.

2°. Quantùm ad perfectionem hæc

dicit : *si fieri posset ut Deo æque placeremus imperfecti ac perfecti optandum nobis esset perfectione carere, ut hoc pacto sanctissimam humilitatem aleremus.* Idem Sanctus aliàs ait : *felices qui ipso virtutum desiderio & earum acquirendarum curâ sese exuunt, eas tantum optantes ad eum modum quo æterna sapientia illas iis communicabit, illosque ad earum acquisitionem applicabit.* colloq. 18. Edit. Paris Leonard

3°. Quantùm ad beatitudinem hæc verba jam vidimus. *Paradisus non amabilior est vitæ hujus ærumnis, si divinum beneplacitum hîc perinde sit atque illic :* & alibi, *vitæ æternæ desiderium bonum est, at nihil desiderandum nisi Dei voluntas.* Hic ultimus locus pluribus aliis similis, in Parisiensi editione non legitur, sed in Lugdunensi occurrit. Quæ in his tribus capitibus vult excludere desideria, non sunt supernaturalia quæ in spei exercitio à Spiritu sancto inspirantur. Ut id repetam, non agitur nisi de amputando naturali amore quo mercenaria appetitio constituitur. Id dilucidè ostendit locus de perfectione à me laudatus. In eo enim dicit hic Sanctus, *si perfectionem inquieto cupis desiderio, quis non* do Amõ Dei l. 9. c. 4. colloq. 18. pag 424. Edit. Lugd. colloq. 18.

animadvertit id oriri ex proprio amore qui nollet in nobis imperfectionem videri?

Quolibet conatu verba Sancti hujus Præsulis contorqueantur, nunquam efficietur ut lectori ad libri aperturam non occurrant loca luculenta quibus Author exprimit purum hunc & æmulum amorem, *hunc* ut cum eo loquar *zelotypum amorem qui nullam unquàm mercenariam appetitionem adjunctam ferre potest*. Multò minùs etiam eò devenietur ut indirectè labefactetur illud spiritualitatis genus, quo Sanctus tot animas ad perfectionem evexit. Simul erat accuratus Theologus illusioni cuilibet oppositus, subtilium cordis humani motivorum perspicacissimus, in viis Dei versatissimus, plenus gratiâ & suavitate qua ad eminentissimam perfectionem animas mirâ mansuetudine deducebat.

vita Matris à Chantalio gallicè scripta. pag. 337.

Mater de Chantal quam dirigebat, sic erat affecta. *Pater Binetus è Societate Jesu de eâ ad Mâtrem de Bellomonte hæc referebat. Matri de Chantalio quantum ad proprij commodi appetitionem amor ita clausit oculos, ut nec eam, nec amorem, nec spem jam intue-*

atur, quamvis hanc virtutem in eminenti gradu obtineat. Sed cum eam *interrogavi ut intimum ejus animum tantisper perspicerem*, dixit, *cum gratia & gloria in Deo reperiantur, in Domino sperans, omnia spero, licet non sperem nisi in ipso. Quod si gloria & felicitas à Deo sejungi possent, nec uno quidem gradu ad eas obtinendas progrederer, cum ad eum unum tendam. Hæc amoris puritas*, addidit *pius ille Pater, me penitus rapuit.*

Ab ea quæsitum est, *utrum vitæ æternæ bona & gaudia speraret. Retulit in altissimo humilitatis sensu: Scio hæc in Salvatoris meritis speranda: sed illuc spes mea non vertitur. Nihil optare & sperare volo, nisi ut Deus sanctissimam suam in me voluntatem impleat & in æternum glorificetur.* Hic agitur dedistinctâ à Deo beatitudine quam formalem Schola vocat. Hanc non optabat nisi secundùm Concilij Tridentini Catechismi placitum, spe in amore fundatâ, & quia *placuit Deo ut in hanc fœlicitatis nostræ spem ingrederemur.* Perfectam hanc animam scrupulus incessit quòd in animi affectione tam simplici versaretur, atque Salesium

multoties consuluit, *an talis anima in Deo tota requiescere non deberet projectâ in Deum curâ omnium eorum quæ tam interiùs quam exteriùs ad eam pertinent sine attentione, electione, consilio ullo nisi ut in eâ, ex eâ per eam suam sanctissimam voluntatem exequatur.* Sancti responsum hoc fuit, *Proptius tibi sit Deus, Filia carissima, infanti quem in ulnis gestat mater nihil agendum est nisi ut se totum matri permittat & ejus cervicibus adhæreat.* Alibi idem dicit, *ab hac viâ ne unquam divertaris.* Absit ut hîc agatur de veris spei supernaturalibus actibus supprimendis. Nihil erat amputandum præter anxietatem naturalis & mercenarij erga formalem beatitudinem affectûs. Hac ductus puri amoris suavitate Dominus de Renti
in ipsius vitâ p. 313. cujus nobilitate pia exempla suffulta tantæ sunt utilitatis, sic olim loquebatur. *Nec Diabolum nec Inferos timeo, neque de cœlo, neque de terrâ cogito sed*
p. 398. *de implendâ Dei voluntate.* Et alibi, *tantoperè adoro Dei voluntatem in quocumque hanc mihi designare illi visum sit, ut Inferi mihi forent Paradisus si Inferos ferre mihi juberet. Mortuus erat,*
p. 390. inquit vitæ ejus author, *optimis qui-*

busque rebus, virtutibus & perfectioni quam nec optabat, nec exquirebat nisi animo ab omnibus soluto & annihilato. Sed qua in re hæc animi annihilatio sita erat? id explicat. *Sui amor inquiebat ipse ita timet ne spolietur, ut nihil ipsius intersit cui innitatur modo stare, & in parvo, jure proprietatis tutari se possit; itaque in id perpetuò incumbendum nobis est ut quælibet extinguamus desideria, vel ea ipsa quæ ad virtutes tendere videntur.* Patet eum nolle animam exuere nisi naturali erga perfectionem & virtutes affectu, quo *proprietas* seu mercenaria appetitio constituitur.

Adhuc videre est Catechismum & vitæ spiritualis fundamenta à Patre Surino conscripta, & ambo à Reverendissimo Episcopo Meldensi approbata. Horum librorum primus loquitur ut Sancta Catharina Genuensis. *Homo dicit naturaliter ego, ego, per suam corruptionem cum autem ejus fundus supernaturaliter reparatus est, ait in suo centro, Deus, Deus, per eam quæ fit ex se in Deum transformationem .... ipsa etiam bona desideria anima amputat exceptis particularibus desideriis quæ inspirat*

Catech. spir. tom. 2. part. 5. ch. 7. p. 292. ibidem 6. part. ch. 3. p. 313. & 314.

illi Deus circa ea quæ ſunt divinæ voluntatis... cum Deo viſum eſt ut anima quid faciat, placidum illi imprimit deſiderium quod ſanctæ indifferentiæ non officit. Semper memineritis oportet impreſſa hæc deſideria non oriri ex inſolitâ inſpiratione, ſed ex unâ gratiæ ſuavitate juſtis omnibus communi. Alibi dicit, *animo continuò progreditur omnia deſerendo ita ut ſui ipſius obliviſcatur, vitæ, ſanctitatis, famæ, gloriæ,*
fũdam. vit. ſpirit. pag 44. *temporis, æternitatis. Hoc fit cum homo ſe totum abnegavit in omnibus ſuis commodis humanis & divinis. Noſtra æternitas & commoda divina quæ obliviſcimur*, & quorum ratione *nos ipſos abnegamus*, non ſunt ipſa ſalus cum ejus obliviſci impium eſſet. Ergo juxta hunc Authorem *proprium commodum* & ſalus maximè inter ſe differunt, adeoque idem Surinus dicit. *Hæc anima nullatenus eorum quæ ad ſe pertinent ſollicita nititur videre ubi ſit Domini ſui gloria, nullâ ſui commodi habitâ ratione ... nihil cogitat de ſuo ſpirituali theſauro aut de ſuis meritis &c.* Subdit de
p. 198. eâdem adeo purâ animâ, *miſſa faciens*
p. 324. *omnia ſua commoda, nec proprium bo-*
& ſeq. *num reſpiciens, quia Deo omnia ſua*

permisit, vitam, sanitatem, & quidquid sibi contingere potest non solum in tempore, sed etiam in æternitate, integrâ sui ipsius in Dei manus abjectione, præcipuè studet ut nihil unquam agat sui commodi intuitu, & nulli alij quam uni Deo placendi motivo adhæreat: non quod improbem mercedis motivum quod utile esse & prodesse aliquando potest, sed Dei gloriæ, amoris & beneplaciti motivum est maximè & laudabile & optabile. Sic excludens *proprij commodi motivum*, vultne spei motivum excludere? vultne has animas *præcipuè studere* ut a spe filiorum Dei se perpetuò tutas præstent? Hanc impietatem Author detestatur. Vultne nos ampliùs à nobis non amari, & à nobis supremum bonum nobis non optari? Ab hac cogitatione horret animus. Tantummodo amputat omnem affectum & naturale *mei* desiderium, ut sola quæ gratia inspirat desideria admittat.

Frater Laurentius de Resurrectione Carmelita discalceatus, cujus mores sacerdos singulari virtute præditus conscripsit in libello quem Reverendissimus Parisiensis Archiepispus approbavit, sic loquitur: *à meo in Monaste-*

pag. 14 *rium ingressu*, ejus verba sunt, *neque de virtute neque de meâ salute cogito.*

pag. 16. *Frater ille inter graves quos per totos quatuor annos passus erat cruciatus, adeoque graves ut nullus hominum adimere illi potuisset cogitationem quâ se damnandum putabat*, (En perturbatio quam invincibilem vocavi & desperationis impressio quæ spem non destruit) *dicebat se primam determinationem suam non mutasse, sed secum non reputando quid de eo futurum esset, nec ut solent omnes animæ laborantes se pœnâ distringi permittendo, sese consolatum fuisse, dicendo quidquid eventurum est eveniat, saltem per reliquum vitæ meæ decursum omnia acturus sum propter Deum. Sic sui oblitum, voluisse se ipsum propter Deum amittere, quod illi feliciter cesserat.* Hæc verba impia forent, nisi illis attribueretur simplex proprij commodi seu naturalis & mercenariæ appetitionis exclusio, quam solam exclusionem in meo libro retuli. Hanc etiam ab hoc sancto monacho

pag. 52. intellectam esse perspicimus. *Aliquoties optaverat Dei cognitioni subtrahere id quod propter eum unum agebat, ut nulla inde mercede donatus gauderet*

quod Dei unius causâ purè quid fecisset. Volebatne pius hic Frater mercedem fugere & spem ab animo avellere? Nullatenus, sed caritas quâ ardebat & quâ imperante spei actus exercebat, nullum plerumque locum naturali sui ipsius amori, seu mercenariæ appetitioni intuitu promissorum bonorum relinquebat. Affirmabat etiam, *se amore semper ductum fuisse absque ullo mercenario intuitu, nec sollicitum utrum damnandus aut salvandus esset... maximo animi cruciatu se damnatum certè existimasse, nullumque hominem hanc sibi opinionem adimere potuisse.* Cum dicebat *se certè existimasse*, se ipsum decipiebat ut solent omnes scrupulosi, existimare sibi videbatur. Addebat *se inde nec de Paradiso nec de inferno cogitasse, suamque omnem vitam abnormem libertatem ac exultationem perpetuam fuisse.* Tam duras voces nunquam approbavi, sed non possum non laudare Præsulem qui suâ authoritâte firmavit adeo candidum loquendi modum quo innocentia, amoris liberalitas, & Spiritus sancti lætitia elucescunt. Hujus libri scriptor dicit: *sic Frater Laurentius ab eo incœpit quod*

pag. 50.
pag. 52.
pag. 53.
pag. 15.

est perfectissimum, omnia propter Deum relinquens, omnia propter Deum faciens de Paradiso & Inferno non cogitabat. Verum si scire vultis quid scholastici Theologi hac de re cogitarint, legite Robertum Sorbonicum, Deo dicit, *volo integrè peccatum meum dimittere, præcipuè propter amorem tuum, etsi nullum bonum deberem consequi nec malum evitare, etsi non esset Infernus nec Paradisus.* Si amor ille pœnitenti peccatori convenit, crediturne fictus aut periculosus in perfectis animabus. Legite Sylvestrem; ait, *mortale est amare & diligere Deum propter aliquod temporale aut etiam propter vitam æternam finaliter seu principaliter. Est tamen licitum secundariò amare Deum propter ista. Quia etiam ista amantibus Deum in scripturâ promittuntur.*

opusc. iter Parad.

in sũm. verb. carit. q. 7.

Legite Sanctum Antoninum. *Affirmat hominem debere potius omnia mala sustinere quam peccato assentire, ut ait Sanctus Augustinus, & ratio est quia mala pœnæ sunt contra se ipsum etiam pœnæ inferni, sed peccatum est contra Deum.* Legite Durandum de Sancto Porcinno. Dicet vobis. *Deum diligere debemus propter se dato quod*

in summ. part. 4. tit. 6. §. 4.

in dist. 29. num. 6. q. 3.

nihil commodi ex tali dilectione nobis eveniret, multò ampliùs quam quicumque virtuosus debeat diligere alium virtuosum. Omnis enim bonus est diligendus, circumscripto alio quocumque; cum bonum secundum latitudinem suam sit objectum amoris. Illa circumscriptio objecti amati à quocumque alio præter ipsum, strictè loquendo importaret exclusionem formalis beatitudinis quæ non est Deus, sed non agitur de verâ hujus beatitudinis exclusione. tantùm agitur de amore qui eodem modo in Deum tenderet etsi nulla inde speranda esset beatitudo quæ tamen vel in perfectissimis statibus semper speranda est. Legite Cardinalem Bellarminum Theologum illum adeò purum, adeoque pium. *Caritas*, inquit, *hominem ordinat ad gloriam, non enim videtur tanta esse vis hujus habitus absolutè considerati, ut eâ necessitate petat tanquam sibi debitam beatitudinem, sed quoniam Deus promisit, ut ait Sanctus Jacobus, coronam vitæ omnibus diligentibus se.* Videtis eum credere à purissimo amore sejungi posse beatitudinem, nisi promisso Dei gratuito hæc duo ita conjungerentur ut seperari non

l. 2. de Just. c. 16. p. 943. Ed. col. litt. B.

& mercenarium desiderium nec quantùm ad meritum, nec quantùm ad perfectionē, nec quantùm ad æternam beatitudinem. Hinc manifestum est hoc uno sensu à me circumscripta esse cætera hujus Præsulis loca quæ laudavi. Superest ut sciamus utrum magnus hic Sanctus perfectionem sitam esse voluerit in proprij circa res illas commodi abjectione. Ad hoc factum dilucidandum ipsissima ejus verba super his tribus capitibus mihi tantùm referenda sunt.

Ultima collat. seu 16. colloq. Edit Lugd. à Petro Baillio perfecta an 1628 & dedicata Episcopo Bellicensi.

1°. Quantùm ad meritum hæc habet: *non est spectandum ad meritum, hoc mihi non placet velle semper attendere ubinam sit meritum, virgines enim Sanctæ Mariæ hoc spectare non debent, sed omnia sua agere ad majorem Dei gloriam si quod fieri nequit Deo citra meritum servire possemus, id optandum esset.* Is certè multum abest à mercenariā proprij commodi quantùm ad meritum appetitione quia ita est affectus ut si posset illi renuntiaret, & qui eò usque progreditur, ut summâ lætitiâ imaginetur casus vel maximè impossibiles in quibus citra meritum puro amore Deo servire possit.

2°. Quantùm ad perfectionem hæc

dicit : *si fieri posset ut Deo æque placeremus imperfecti ac perfecti optandum nobis esset perfectione carere, ut hoc pacto sanctissimam humilitatem aleremus.* Idem Sanctus aliàs ait : *felices qui ipso virtutum desiderio & earum acquirendarum curâ sese exuunt, eas tantum optantes ad eum modum quo æterna sapientia illas iis communicabit, illosque ad earum acquisitionem applicabit.* colloq. 18. Edit. Paris Leonard

3°. Quantùm ad beatitudinem hæc verba jam vidimus. *Paradisus non amabilior est vitæ hujus ærumnis, si divinum beneplacitum hîc perinde sit atque illic* : & alibi, *vitæ æternæ desiderium bonum est, at nihil desiderandum nisi Dei voluntas.* Hic ultimus locus pluribus aliis similis, in Parisiensi editione non legitur, sed in Lugdunensi occurrit. Quæ in his tribus capitibus vult excludere desideria, non sunt supernaturalia quæ in spei exercitio à Spiritu sancto inspirantur. Ut id repetam, non agitur nisi de amputando naturali amore quo mercenaria appetitio constituitur. Id dilucidè ostendit locus de perfectione à me laudatus. In eo enim dicit hic Sanctus, *si perfectionem inquieto cupis desiderio, quis non* do Amō Dei l. 9. c. 4. colloq. 18. pag 424. Edit. Lugd. colloq. 18.

animadvertit id oriri ex proprio amore qui nollet in nobis imperfectionem videri?

Quolibet conatu verba Sancti hujus Præsulis contorqueantur, nunquam efficietur ut lectori ad libri aperturam non occurrant loca luculenta quibus Author exprimit purum hunc & æmulum amorem, *hunc* ut cum eo loquar *zelotypum amorem qui nullam unquam mercenariam appetitionem adjunctam ferre potest.* Multò minùs etiam eò devenietur ut indirectè labefactetur illud spiritualitatis genus, quo Sanctus tot animas ad perfectionem evexit. Simul erat accuratus Theologus illusioni cuilibet oppositus; subtilium cordis humani motivorum perspicacissimus, in viis Dei versatissimus, plenus gratiâ & suavitate qua ad eminentissimam perfectionem animas mirâ mansuetudine deducebat.

vita Matris à Chantalio gallicè scripta. pag. 337.

Mater de Chantal quam dirigebat, sic erat affecta. *Pater Binetus è Societate Jesu de eâ ad Mâtrem de Bellomonte hæc referebat. Matri de Chantalio quantum ad proprij commodi appetitionem amor ita clausit oculos, ut nec eam, nec amorem, nec spem jam intue-*

atur, quamvis hanc virtutem in eminenti gradu obtineat. Sed cum eam *interrogavi ut intimum ejus animum tantisper perspicerem*, dixit, *cum gratia & gloria in Deo reperiantur, in Domino sperans, omnia spero, licet non sperem nisi in ipso. Quod si gloria & felicitas à Deo sejungi possent, nec uno quidem gradu ad eas obtinendas progrederer, cum ad eum unum tendam. Hæc amoris puritas,* addidit *pius ille Pater, me penitus rapuit.*

Ab ea quæsitum est, *utrum vitæ æternæ bona & gaudia speraret. Retulit in altissimo humilitatis sensu: Scio hæc in Salvatoris meritis speranda: sed illuc spes mea non vertitur. Nihil optare & sperare volo, nisi ut Deus sanctissimam suam in me voluntatem impleat & in æternum glorificetur.* Hic agitur dedistinctâ à Deo beatitudine quam formalem Schola vocat. Hanc non optabat nisi secundùm Concilij Tridentini Catechismi placitum, spe in amore fundatâ, & quia *placuit Deo ut in hanc fœlicitatis nostræ spem ingrederemur.* Perfectam hanc animam scrupulus incessit quòd in animi affectione tam simplici versaretur, atque Salesium

multoties consuluit, *an talis anima in Deo tota requiescere non deberet projectâ in Deum curâ omnium eorum quæ tam interiùs quam exteriùs ad eam pertinent sine attentione, electione, consilio ullo nisi ut in eâ, ex ea per eam suam sanctissimam voluntatem exequatur.* Sancti responsum hoc fuit, *Proptius tibi sit Deus, Filia carissima, infanti quem in ulnis gestat mater nihil agendum est nisi ut se totum matri permittat & ejus cervicibus adhæreat.* Alibi idem dicit, *ab hac viâ ne unquam divertaris.* Absit ut hîc agatur de veris spei supernaturalibus actibus supprimendis. Nihil erat amputandum præter anxietatem naturalis & mercenarij erga formalem beatitudinem affectûs. Hac ductus puri amoris suavitate Dominus de Renti
in ipsius vitâ cujus nobilitate pia exempla suffulta
p. 313. tantæ sunt utilitatis, sic olim loquebatur. *Nec Diabolum nec Inferos timeo, neque de cœlo, neque de terrâ cogito sed*
p. 398. *de implendâ Dei voluntate.* Et alibi, *tantoperè adoro Dei voluntatem in quocumque hanc mihi designare illi visum sit, ut Inferi mihi forent Paradisus si Inferos ferre mihi juberet. Mortuus erat,*
p. 390. inquit vitæ ejus author, *optimis qui-*

busque rebus, virtutibus & perfectioni quam nec optabat, nec exquirebat nisi animo ab omnibus soluto & annihilato. Sed qua in re hæc animi annihilatio sita erat? id explicat. *Sui amor inquiebat ipse ita timet ne spolietur, ut nihil ipsius intersit cui innitatur modo stare, & in parvo. jure proprietatis tutari se possit; itaque in id perpetuò incumbendum nobis est ut qualibet extinguamus desideria, vel ea ipsa quæ ad virtutes tendere videntur.* Patet eum nolle animam exuere nisi naturali erga perfectionem & virtutes affectu, quo *proprietas* seu mercenaria appetitio constituitur.

Adhuc videre est Catechismum & vitæ spiritualis fundamenta à Patre Surino conscripta, & ambo à Reverendissimo Episcopo Meldensi approbata. Horum librorum primus loquitur ut Sancta Catharina Genuensis. *Homo dicit naturaliter ego, ego, per suam corruptionem cum autem ejus fundus supernaturaliter reparatus est, ait in suo centro, Deus, Deus, per eam quæ fit ex se in Deum transformationem .... ipsa etiam bona desideria anima amputat exceptis particularibus desideriis quæ inspirat*

Catech. spir. tom. 2. part. 5. ch. 7. p. 292. ibidem 6. part. ch. 3. p. 313. & 314.

illi Deus circa ea quæ ſunt divinæ voluntatis... cum Deo viſum eſt ut anima quid faciat, placidum illi imprimit deſiderium quod ſanctæ indifferentiæ non officit. Semper memineritis oportet impreſſa hæc deſideria non oriri ex inſolitâ inſpiratione, ſed ex unâ gratiæ ſuavitate juſtis omnibus communi. Alibi dicit, *animo continuò progreditur omnia deſerendo ita ut ſui ipſius obliviſcatur, vitæ, ſanctitatis, famæ, gloriæ,* fūdam. vit. ſpirit. pag 44. *temporis, æternitatis. Hoc fit cum homo ſe totum abnegavit in omnibus ſuis commodis humanis & divinis. Noſtra æternitas & commoda divina quæ obliviſcimur,* & quorum ratione *nos ipſos abnegamus*, non ſunt ipſa ſalus cum ejus obliviſci impium eſſet. Ergo juxta hunc Authorem *proprium commodum* & ſalus maximè inter ſe differunt, adeoque idem Surinus dicit. *Hæc anima nullatenus eorum quæ ad ſe pertinent ſollicita nititur videre ubi ſit Domini ſui gloria, nullâ ſui commodi habitâ ratione... nihil cogitat de ſuo ſpirituali theſauro aut de ſuis meritis &c.* Subdit de p. 198. eâdem adeo purâ animâ, *miſſa faciens* p. 324. & ſeq. *omnia ſua commoda, nec proprium bonum reſpiciens, quia Deo omnia ſua*

permisit, vitam, sanitatem, & quidquid sibi contingere potest non solum in tempore, sed etiam in æternitate, integrâ sui ipsius in Dei manus abjectione, præcipuè studet ut nihil unquam agat sui commodi intuitu, & nulli alij quam uni Deo placendi motivo adhæreat: non quod improbem mercedis motivum quod utile esse & prodesse aliquando potest, sed Dei gloriæ, amoris & beneplaciti motivum est maximè & laudabile & optabile. Sic excludens *proprij commodi motivum*, vultne spei motivum excludere? vultne has animas *præcipuè studere* ut a spe filiorum Dei se perpetuò tutas præstent? Hanc impietatem Author detestatur. Vultne nos ampliùs à nobis non amari, & à nobis supremum bonum nobis non optari? Ab hac cogitatione horret animus. Tantummodo amputat omnem affectum & naturale *mei* desiderium, ut sola quæ gratia inspirat desideria admittat.

Frater Laurentius de Resurrectione Carmelita discalceatus, cujus mores sacerdos singulari virtute præditus conscripsit in libello quem Reverendissimus Parisiensis Archiepispus approbavit, sic loquitur: *à meo in Monaste-*

pag. 14 *rium ingressu*, ejus verba sunt, *neque de virtute neque de meâ salute cogito.*

pag. 16. *Frater ille inter graves quos per totos quatuor annos passus erat cruciatus, adeoque graves ut nullus hominum adimere illi potuisset cogitationem quâ se damnandum putabat*, (En perturbatio quam invincibilem vocavi & desperationis impressio quæ spem non destruit) *dicebat se primam determinationem suam non mutasse, sed secum non reputando quid de eo futurum esset, nec ut solent omnes animæ laborantes se pœnâ distringi permittendo, sese consolatum fuisse, dicendo quidquid eventurum est eveniat, saltem per reliquum vitæ meæ decursum omnia acturus sum propter Deum. Sic sui oblitum, voluisse se ipsum propter Deum amittere, quod illi feliciter cesserat.* Hæc verba impia forent, nisi illis attribueretur simplex proprij commodi seu naturalis & mercenariæ appetitionis exclusio, quam solam exclusionem in meo libro retuli. Hanc etiam ab hoc sancto monacho

pag. 52. intellectam esse perspicimus. *Aliquoties optaverat Dei cognitioni subtrahere id quod propter eum unum agebat, ut nulla inde mercede donatus gauderet*

quod Dei unius causâ purè quid fecisset. Volebatne pius hic Frater mercedem fugere & spem ab animo avellere? Nullatenus, sed caritas quâ ardebat & quâ imperante spei actus exercebat, nullum plerumque locum naturali sui ipsius amori, seu mercenariæ appetitioni intuitu promissorum bonorum relinquebat. Affirmabat etiam, *se amore semper ductum fuisse absque ullo mercenario intuitu, nec sollicitum utrum damnandus aut salvandus esset... maximo animi cruciatu se damnatum certè existimasse, nullumque hominem hanc sibi opinionem adimere potuisse.* Cum dicebat *se certè existimasse*, se ipsum decipiebat ut solent omnes scrupulosi, existimare sibi videbatur. Addebat *se inde nec de Paradiso nec de inferno cogitasse, suamque omnem vitam abnormem libertatem ac exultationem perpetuam fuisse.* Tam duras voces nunquam approbavi, sed non possum nonlaudare Præsulem qui suâ authoritâte firmavit adeo candidum loquendi modum quo innocentia, amoris liberalitas, & Spiritus sancti lætitia elucescunt. Hujus libri scriptor dicit: *sic Frater Laurentius ab eo incœpit quod*

pag. 50.
pag. 52.
pag. 53.
pag. 15.

est perfectissimum, omnia propter Deum relinquens, omnia propter Deum faciens de Paradiso & Inferno non cogitabat. Verum si scire vultis quid scholastici Theologi hac de re cogitarint, legite Robertum Sorbonicum, Deo dicit, *volo integrè peccatum meum dimittere, præcipuè propter amorem tuum, etsi nullum bonum deberem consequi nec malum evitare, etsi non esset Infernus nec Paradisus.* Si amor ille pœnitenti peccatori convenit, crediturne fictus aut periculosus in perfectis animabus. Legite Sylvestrem; ait, *mortale est amare & diligere Deum propter aliquod temporale aut etiam propter vitam æternam finaliter seu principaliter. Est tamen licitum secundariò amare Deum propter ista. Quia etiam ista amantibus Deum in scripturâ promittuntur.*

opusc. iter Parad.

in sũm. verb. carit. q. 7.

Legite Sanctum Antoninum. *Affirmat hominem debere potius omnia mala sustinere quam peccato assentire, ut ait Sanctus Augustinus, & ratio est quia mala pœnæ sunt contra se ipsum etiam pœnæ inferni, sed peccatum est contra Deum.* Legite Durandum de Sancto Porcinno. Dicet vobis. *Deum diligere debemus propter se dato quod*

in summ. part. 4. tit. 6. §. 4.

in dist. 29. num. 6. q. 3.

nihil commodi ex tali dilectione nobis eveniret, multò ampliùs quam quicumque virtuosus debeat diligere alium virtuosum. Omnis enim bonus est diligendus, circumscripto alio quocumque; cum bonum secundum latitudinem suam sit objectum amoris. Illa circumscriptio objecti amati à quocumque alio præter ipsum, strictè loquendo importaret exclusionem formalis beatitudinis quæ non est Deus, sed non agitur de verâ hujus beatitudinis exclusione. tantùm agitur de amore qui eodem modo in Deum tenderet etsi nulla inde speranda esset beatitudo quæ tamen vel in perfectissimis statibus semper speranda est. Legite Cardinalem Bellarminum Theologum illum adeò purum, adeoque pium. *Caritas*, inquit, *hominem ordinat ad gloriam, non enim videtur tanta esse vis hujus habitus absolutè considerati, ut eâ necessitate petat tanquam sibi debitam beatitudinem, sed quoniam Deus promisit, ut ait Sanctus Jacobus, coronam vitæ omnibus diligentibus se.* Videtis eum credere à purissimo amore sejungi posse beatitudinem, nisi promisso Dei gratuito hæc duo ita conjungerentur ut seperari non

l. 2. de Just. c. 16. p. 943. Ed. col. litt. B.

possint. Alibi quatuor diversos amores exhibet, quartus est amor justorum imperfectorum qui amore præferentiæ præditi sunt. Nihil enim æquè aut magis quàm Deum diligunt, & nihil contrarium divinæ dilectioni admittunt. En Sancti Francisci Salesij resignatio *quæ multa alia diligit ultra Dei voluntatem* & quæ se subdit, idest quæ intuitu multarum rerum naturali amore se diligit, sed quæ Deum ampliùs diligit quam eas res & se ipsam. justus 3°. amore ornatus *omnes obices removit, totus Deo devovetur*, idest cum imperfectus nihil æque ac Deum amet, perfectus nihil plerumque amat nisi supernaturali Dei amoris principio & ejus gratiæ impulsu. Legite Cardinalem Toletum, vobis dicet: *Si Deus amatur propter aliud præcipuè, talis amor est peccatum mortale.* Bellarminus pluresque alij similiter locuti sunt. Toletus sic loquendo ad æternam retributionem seu formalem beatitudinem attendebat. Hæc enim addit, *dixi autem præcipuè quia Deus potest etiam amari propter retributiones, sed minus principaliter, nimirum cum sic amatur ob eas ut quamvis non essent*

l. 2. de monach. 2 p. 349. tom. 1. litt. R. & seq.

Amor Dei l. 9. c. 3 & 4

Tol. Instru Sacerd l. 4. c. 7. p. 523. Ed. lug.

illæ retributiones, adhuc tamen Deus amaretur. Voluntas, inquit Isambertus, *informata tali caritate, potest esse tam benè affecta erga Deum, ut datâ hypothesi, quod sciret se nunquam fruituram vitâ æternâ adhuc tamen amaret Deum propter semetipsum & bonitatem ejus increatam.*

Isamb. tract. de carit. disp. 2. art. 4.

Toletus non dicit faciendam esse, sed fieri posse hanc motivorum admixtionem. Sylvester non dicit hanc admixtionem imperari, dicit solummodo permitti. Motivum illud retributionis quod tantùm permittitur non est motivum spei essentiale, quippe spei motivum absolutè imperatur. Ergo motivum, illud solummodo permissum aliquid est naturale & minùs perfectum quàm id quod per gratiæ principium in supernaturalium virtutum actus influit. Ergo motivum illud solummodo permissum non sumitur ex parte objecti spei. Nam spei objectum quod est objectiva atque etiam formalis beatitudo vel maximè liberales animas movere debet. Ergo motivum illud apud hos Theologos id ipsum significat quod in meo libro significat, nempè naturalis sui amoris princi-

pium, quo homo in inquiſitione puri illius objecti mercenarius aut proprij commodi anxiè ſtudioſus efficitur. Hoc ipſum infirmis animabus non imperatur, ſed ſolummodo permittitur, hoc ipſum à fortioribus amputatur ſeu

in 2. 2. q 27. a. 3. mactatur. Silvius celebris ille noſtri Belgij Theologus exponens venerabilem Bedam qui tot aliorum exemplo in tres ordines diſtinxit, *ſervos, mercenarios & filios*, ſtatim quærit, *utrum liceat Deum diligere propter mercedem.* Reſpondet, *gratis Deum eſſe diligendum quia ſic oportet eum diligere quod etiam diligeretur quamvis nullam mercedem exoptaremus.* In ſequentibus dicit filium quâdam ratione eſſe mercenarium quia ſcilicet ſpectat mercedem æternam. Qui mercedis intuitus juxta eum ſolummodo eſt licitus. Deinde loquitur de filio perfecto *qui tantùm eſt filius, nullum omninò reſpectum habens ad mercedem, ſed hoc modo eſſe filium, inquit, nulla eſt neceſſitas. Jam enim ſatis oſtendimus quod liceat diligere Deum intuitu mercedis.*

Nunquam ſatis advertemus, cariſſimi fratres, *hunc mercedis intuitum qui ſolummodo eſt licitus*, non poſſe eſſe

essentiale Christianæ spei motivum. Ergo motivum est mercenarium & quod hîc voce *intuitus* exprimitur, significat naturalem sui ipsius amorem quo addicitur anima delectationi ex mercede affluenti. En quod juxta Silvium solummodo licitum est, sed quod nec imperatur, nec in supernaturalis spei actus influit. En mercenarius proprij commodi affectus quem amputare nulla est necessitas, *quia non necesse est filium esse* eminentissimo modo. Filius perfectus mercenarium illud præmij motivum mactat, salute suâ nunquam mactatâ, *nullum omninò respectum habens ad mercedem*. Certè hoc absolutum est proprij commodi sacrificium in animabus quæ suam salutem ardentissimè exoptant. Ergo salus & proprium commodum seu mercenarius affectus duo sunt juxta Sylvium quæ nunquam sunt confundenda.

Quæ jam audistis Testimonia, carissimi fratres, minimam constituunt partem pretiosorum placitorum quæ à sanctis Authoribus hac de materiâ accepimus. Hæc autem ex iis testimoniis colligere potestis.

1°. Omnia hæc ferè loca ad habitua-

lem ſtatum, non autem ad actus tranſeuntes pertinent. Agitur de diverſis perfectos inter & imperfectos gradibus. Qui *gradum* dicit, *ſtatum* dicit perfectionis ſaltem *habitualem* quo non excidendum eſt. In memoriam ſemper revocandum eſt diſcrimen quod occurrit inter ſummum bonum proprium ſpei ſupernaturalis motivum & proprium commodum quod nihil eſt niſi affectus naturalis, mercenarius atque imperfectus. Quòd pertinet ad ſummum bonum quod ſpei proprium eſt motivum, poteſt ſolum fieri aliqua ab eo abſtractio, in caritatis actibus, nunquam excluſo ejus deſiderio. Quòd autem attinet ad mercenarium affectum, non ſatis eſt puris illis animabus non cogitare de eo per aliquot temporum intervalla ſimplici quâdam abſtractione, *nunquam illud ferre poſſunt*, putant hujus *mercenarij affectus admixtione ſuam ſimplicitatem* fore contaminandam.

S. Franc. Saleſius coll. 12.

Suprà laudatos contextus attentè relegite. Illos conſuetum animæ ſtatum ſpectare intelligetis. Suppoſitiones impoſſibiles de privatione æternorum bonorum citra divini amoris jac-

turam, non habendæ sunt pro cæcis & rapidis impotentis animi motibus qui nihil præcisè significant. Eas sancti placidè protulerunt ad exprimendum solitum animi sui affectum quo ferebantur in Dei amorem ob summam ejus perfectionem, nullâ suæ fœlicitatis habitâ ratione, licèt nunquam desinerent suam felicitatem optare supernaturali amoris principio quo nos ipsos in Deo & propter Deum semper diligere debemus. Sic & Augustinus impossibilia quandoque supposuit ut animadverteret an peccatores de peccatis suis dolerent metu pœnæ an amore justitiæ.

2°. Horum sanctorum nullus ex perfectissimo statu exclusum voluit beatitudinis desiderium cum sit bonum promissum quod à Dei beantis amore sejungi non possit. Ita perfectus & imperfectus eadem uterque præcisè expectant & cupiunt, atque verè dici potest summo bono, magis etiam moveri & excitari perfectus quam imperfectus, cum perfectus hujus boni magnitudinem magis habeat perspectam, & se perfectiore amore diligat. Nullatenus differunt ex parte objecti; ex di-

versâ animi affectione solùm discrepant. Imperfectus non amat Deum purè & absque admixtione, quia præter supernaturalem & à gratiâ infusum amorem, humana sunt illi desideria, spes naturalis, & mercenarius erga Dei dona affectus qui ex naturali sui amore nascitur. Contrà perfectus eadem omninò dona quæ imperfectus optando ea non optat nisi supernaturalis gratiæ principio, nullo iis saltem plerumque admixto per naturalem sui amorem humano desiderio. Si à me quæratur quo pacto naturalis ille nostri ipsorum amor ab amore vitiosæ cupiditatis differat, secundùm sancti Thomæ verba respondebo.

1°. Amorem illum naturalem ut vitiosa cupiditas in se ipso non sistere cum justis inest. 2°. Eum in justis dirigi ratione quæ juxta Sanctum Thomam naturalium virtutum norma est & præterea caritati subjici. Aliunde magnum est discrimen inter naturales & deliberatos actus quos gratia Deo subjicit eo modo qui non est nisi habitualis & implicitus, quia anima quæ eos exerit, ornata est habitu caritatis & inter supernaturales spei actus quos ipsa

ipsa gratia propter Deum inspirat, ea distinctio aufferri nonposset quinsimul aufferretur medium omne inter principium gratiæ & principium vitiosæ cupiditatis, & quin naturalis peccatorum metus pro peccato haberetur.

3°. Quod Mystici vocavere virtutum proprietatis abnegationem & mercenariæ proprij commodi appetitionis sacrificium, quoad bona *tam gloriæ quàm gratiæ*, nihil est quam perfectio amoris. Anima probata & purgata Deum amare incipit, nullo per naturalem sui amorem quæsito sensibili præsidio atque solatio quod ex Dei donis oritur, propter virtutum ornamenta & felicitatis gaudium. Videtis, carissimi Fratres, ex omnibus testimoniis supra laudatis *mercenarium* affectum, ut vocant patres, & proprietatem seu *proprium commodum* ut loquuntur sancti posteriorum temporum nedum sint spei aut desiderio salutis necessaria, non esse nisi imperfectionem.

Rodriguez. c. 31. tract. de cōform. vol. Dei.

Cardinalis Berullus de abnegatione.

Credemusne? hanc ex omnibus sæculis collectam testium nubem adeo illusioni favisse ut eminentissimam Evangelij perfectionem in quâdam exquisitâ fictitij & periculosi amoris de-

fæcatione posuerint? imputabimusne hunc errorem tot patribus, tot sanctis interioris viæ expertissimis & inter sanctos relatis post gravissimum examen eorum quæ scripserunt? Existimabimusne omnes sibi in id consensisse ut adeo uniformi sermone essentiale spei motivum, ablato quolibet mercenario motivo destruerent? Eosne accusabimus perfectionem posuisse in impiâ salutis abnegatione atque abjectione seu sacrificio cujuslibet proprij commodi? Num putabimus tot expressa decreta quæ in eorum libris passim occurrunt, & quæ velut præcipua eminentissimæ spiritualitatis fundamenta commendant, tantùm esse quandam incuriam locutionum quæ illis fortuitò exciderint? Quis non videt ipsis semper propositum fuisse naturalem & mercenariam appetitionem, seu *mercenarium commodum* amputare? Postremò si universa Ecclesia veneranter suscepit eorum scripta quibus *proprium commodum*, sive mercenariam proprij commodi appetitionem à perfectis sustulerunt, reusne agendus sum quod eorum exemplo eumdem mercenarium affectum ab iisdem perfectis sustulerim?

385

Sed æquum est ut vobis ostendam eas voces à me eodem sensu usurpatas fuisse quo ab omnium sæculorum sanctis acceptæ sunt. In exemplum subjiciam aliquot mei libri loca quò minùs in hac re decipiamini. *pag.* 12.

Quum loquor de liberali animâ quæ salutem desiderat, dico, *eam sibi vult, sed non sui causâ seu amore, quia proprij commodi motivo jam non excitatur.* Manifestum est hoc loco *proprium commodum seu amorem sui* præcisè idem esse. Jam unum hoc superest videndum, utrum ille sui amor quem excludo; sit amor supernaturalis à gratiâ inspiratus. Atque sæpissime declaravi impium eum fore qui seipsum amore supernaturali & infuso à spiritu sancto non diligeret. Ergo perspicuum est *proprij commodi* motivum juxta me nihil posse esse præter naturalem nostri ipsorum amorem. Per mercenarium motivum non intellexi nisi mercenariæ proprij commodi appetitionis principium, ac proinde cum mercenarium illud motivum abstuli unum solummodo naturalem quo mercenarius affectus constituitur, amorem abstuli, non autem spei supernaturalis

pag. 31. & 32.
pag. 73.
a p. 106. *usque ad pag.* 118.
pag. 26.

motivum caritatis fini subordinatum. Idquod videre est quòd motivi vocabulum adhibui non ut exterius objectum quo voluntas movetur, sed ut principium interius quo determinatur. Quâ in re nonquidem vulgari scholæ loquendi ratione usus fui, id fateor, at pium secutus fui loquendi modum sanctorum, plurium quoque magni nominis Theologorum ut sunt Sylvester & Sylvius qui aiunt *quod liceat Deum diligere intuitu mercedis.* Quæ voces forent impiæ si significarent tantùm licitum esse æternam salutem desiderare: hoc enim desiderium absolutè imperatur: igitur liquidò constat mercedis motivum quod tantùm est licitum non esse objectum sed imperfectum quemdam objecti desiderandi modum: tumque mercedis motivo ab iis adjungi principium naturalis & mercenarij amoris, quo plerumque illud objectum imperfectè desideratur.

Sylvester. in sum. verb. carit. p. 9. Sylvius. in. 2. 2. q. 27. a. 3.

Præterea sub formalis objecti nomine cum posuissem id omne quod exactissima schola motivo tribuit, existimavi me posse absque scrupulo Religionis adhibere sermonem magis vul-

garem, mysticis magis accommodatum, atque tot sanctorum terminis quos vobis protuli magis congruentem. Itaque dixi, *quæ ex parte objecti sejungi nequeunt, ex parte motivorum separari maximè possunt*. pag. 28. Ergo secundùm me *formale objectum* & motivum non idem sunt. Ergo *motivo* sublato non sustuli *formale objectum* quod mea est salus quatenus mea, & quo voluntas mea excitanda est. Ut id repetam, objectum procul dubio salus est, tantùm abest ut illud cum mercenario motivo confuderim, ut illud huic opposuerim. Objectum formale quod salus est, in quantum mea salus à me semper optandum est. At *motivum* oppositum *objecto* scilicet interius principium amoris quo ad objectum optandum impellor, illud inquam principium potest non esse mercenarium, seu non esse naturalis & mercenarius amor. Sensus meus hinc perspicuè elucet, quòd Salesii doctrinam secutus dixerim, *resignationi sua adhuc superesse desideria sed subdita*: pag. 49. ideoque minus perfectam quam indifferentia, effici. Hæc *desideria* nequeunt esse nisi naturalia quamvis quod subdantur & regantur ha-

beant à principio supernaturali & gratiâ. Eo sensu Bernardus affirmat *servum* & *mercenarium* propriis stimulis impelli. Hoc in statu multa *nobis*, idest nostri amore volumus. Si autem ea non aliundè quam supernaturali & gratiâ inspirato amore nostri vellemus, nullâ in re resignatio cederet indifferentiæ quâ nos ipsos absque mercenariâ proprij commodi appetitione diligimus, nobisque Dei universa dona exoptamus. Ergo naturalia sint ea desideria necesse

pag. 50. est. Quapropter addo *animam in indifferentiâ nihil jam velle nisi quemadmodum Deus gratiæ impulsu facit ut velit*. Hoc est ut id toties repeto, Dei omnia dona vult quidem sed non *desideriis propriis* seu naturalibus. In statu indifferentiæ desideria sunt supernaturalia & *gratiæ impulsu formantur*. Er-

pag. 66. 68. go propria resignationis desideria non ea sunt quæ Dei gratiæ impulsu formantur. Ergo quatenus propria sunt ex naturâ manant.

Animadvertite etiam, Fratres carissimi, dixisse me mercenariam proprij commodi appetitionem fontem esse in-

pag. 99. 100. quietæ sollicitudinis quam in bonis operibus intermiscemus. Mercenaria

actio inquieta est & sollicita. Mysticis *activitas* dicta est. Jam videndum utrùm hanc mercenariæ appetitionis activitatem naturalem, an vero supernaturalem existimaverim. Constat autem eam à me purè naturalem existimatam. Dixi enim *unam amputare intendunt inquietam & sollicitam motionem quâ gratiam prævenire cuperemus.* pag. 97. 98. 99. & 100.
Labor qui ex mercenariæ appetitionis principio oritur, tantùm abest ut fluat ex gratiâ, ut sit naturæ conatus, *aut vitiosa motio* animæ quæ gratiam prævenire cupit. *Zelus est semipelagianus, intempestiva est agitatio quæ gratiæ operationem perturbaret, debilitaret, moraretur, nedum eam faciliorem perfectioremve redderet.* Hîc manifestè apparent naturales actus qui supernaturalibus admixti eos infirmant, ergo non agitur nisi de naturali nostrûm ipsorum amore qui non modo non producitur à gratiâ, sed qui gratiam *perturbat, debilitat, moratur*, dum eam prævenire cupit. Nihil adeò alienum est ab eo quod supernaturale est, quàm *zelus* ille *semipelagianus.*

Naturalis virtutis & beatitudinis amor in se ipso bonus est, quamvis ad

spem supernaturalem collatus, anxius fit & imperfectus. Sæpè conducit ad consolandas deficientes animas, nimiosque motus earum sedandos, secundùm illud Chrysostomi, *si quis im-*
homel. 76. in Joan. *becillior sit, etiam in præmia spectet.* Paucæ sunt animæ quæ debilitatem illam non adhuc experiantur: cum mercenaria proprij commodi appetitio in hoc naturali & sollicito affectu sita sit. Passivum statum ut naturalis hujus sollicitudinis expertem exhibui. Dixi
p. 209. eum *esse in quo anima Deum mixto amore non amplius prosecuta deliberatos actus omnes, plenâ quidem & efficaci, sed placidâ & liberali voluntate exerit.* Hæc summa est; juxta meum librum amoris perfectio, in eo consistit, ut in animâ multi amores non amplius admisceantur, & naturalis amor suipsius animam nec inquietam, nec sollicitam efficiat. *In eo statu*
p. 231. *anima uno amore ardet, unum novit amare, amor illi vivere est, ac velut ipsum esse ac subsistere, quoniam amor omnium ejus affectuum fons & origo est.*

Liquidò perspicitis amoris puritatem in eo positam esse ut nihil jam di-

ligatur nisi principio caritatis quæ plerumque omnes in se tum coadunat virtutes, eo quòd eas omnes animet, earumque actus imperet. Exclusio cujuslibet admixtionis aliorum motivorum non auffert realem virtutum distinctionem. Id centies adnotavi, at solummodo, naturalem omnem amputat amorem, qui cum supernaturali amore in animâ conjungitur. Unus jam super est amor qui omnes sæpius virtutes imperat. Unum solummodo omnium affectuum jam super est principium. *p. 231.* Sollicita autem naturalis amoris, seu mercenariæ appetitionis actio hoc unum præstat, gratiæ operationem *perturbat, debilitat, moratur*. Tantùm *p. 231.* abest ut mercenariæ proprij commodi appetitionis actionem supernaturali gratiæ principio tribuerim, ut contra *p. 229.* expressè dixerim. *In integrâ amoris purgatione, seu in amore maximè gratuito anxietas omnis & sollicitudo quæ ex mercenario motivo nascitur, gratiæ operationem jam non minuit, & eadem gratia liberrimè agit.* Ergo mercenaria proprij commodi appetitio minuit gratiam, nedum oriatur ex gratiâ, atque naturali illo affectu ablato, gra-

tia remanet liberrima. Pleniſſima hæc libertas inde manat, *quod anima nullo*
p. 231. 232. *incompoſito motu in Dei moventis manu jam ex ſe moveatur; ſic unum nempè impreſſum ſibi motum experitur.*

p. 268. Dixi præterea ſub finem libri, *univerſam perfectionem reduci ad habitualem ſtatum puri & unici amoris qui in illis animabus agit quidquid in cæteris ſuperſtite quadam mercenariâ ſollicitudine mixtus amor operatur.*

Conſtat meum omne ſyſtema ad unum purum amorem exigi. Nequaquam autem purus eſt rejectis formalibus objectis ſeu motivis, centies enim contrarium aſſerui ſub nomine *formalis objecti* aut æquipollentibus aliis vocabulis. Ergo eo tantummodo purus eſt quod ſit unicus & plerumque quemlibet alium amorem excludat. Unicus ille amor qui naturalem omnem ſui amorem excludit, amor eſt à Spiritu ſancto infuſus, & ſolos amputat imperfectos actus qui naturam ſequuntur. Unicus ille amor caritas eſt quæ omnes inſe coadunat virtutes, quod earum ſit mater, ſecundùm Sanctum Thomam, eas animet & imperet univerſas. Quamobrem totum opus eâdem

quâ cæperam ſententiâ perfeci, dicendo, *purum amorem cujuſlibet perfectionis eſſe terminum, tuncque eum fieri actuum qui deliberantur & merentur unicum principium, unicumve motivum.* p. 272.
Hîc occurrunt motivum & interius principium quæ juxta meum librum idem ſunt: ergo amputatis ad exemplum tot ſanctorum aliis motivis, non amputavi niſi principia diverſa à principio gratiæ quâ Deum propter ipſum, cætera autem creata in caritatis ordine, *in ipſo & propter ipſum diligamus*: ergo motivi unitas non ſignificat niſi principij hujus ex quo ſupernatutalis amor oritur, unitatem. *Mercenaria proprij commodi appetitio ejuſque motivum quod toties* rejicio, nihil aliud ſunt in meo libro quam naturale noſtri ipſorum amoris principium.

Unum *proprietatis* vocabulum ſufficeret ad tollendam omnem in hac materiâ ambiguitatem. Manifeſtum eſt me nihil voluiſſe ab omnibus aufferre virtutibus niſi unam *proprietatem* ſicuti à me toties dictum fuit. *Proprietas* autem ſecundùm B. Joannem à Cruce quem laudavi, *avaritia eſt & ſpiritualis ambitio.* Dixi quoque hanc *proprie-* p. 235.

tatem secundùm mysticorum sermonem esse *impuritatem* quâ fidelitas animæ minuatur. Manifestum est à Spiritu sancto non infundi *hanc ambitionem*, *avaritiam*, *impuritatem*. Non illud largitur gratia quod fidam gratiæ suavitati minuat cooperationem. Quâ certitudine constat virtutes esse supernaturales, eâdem liquet *proprietati* nihil inesse posse nisi naturale. *Proprietas* non est Spiritus sancti donum, sed naturalis sui amor quo Spiritus sancti dona nobis ut *propria* vindicamus. Ex gratiâ non fluit hæc imperfectio, contra per gratiam quæ animam perficit, nullumque nisi supernaturalibus actibus locum relinquit, aufferenda est. Patet aliunde *proprietatem & mercenariam proprij commodi appetitionem* in toto mei libri tenore unum idemque esse: ergo *mercenaria appetitio* & *proprietas* non sunt nisi imperfectio quâ sese exuere utile est, & quæ citra supernaturalium virtutum jacturam absolutè mactari potest.

Quibus positis, jam nulli mirum esse debet quod in meo libro ut in cæteris tot sanctorum mysticorum libris sæpè occurrat omnia velle animam, & ni-

hil velle, & quod *mercenariam proprij commodi appetitionem seu mercenarium motivum toties opposuerim salutis spei*, promissorum desiderio, caritatis amori erga nos ipsos. Perpetua hæc mei libri explicandi ratio aperit quo sensu voluerim, *absolutum de mercenariâ proprij commodi appetitione etiam quantùm ad æternitatem fieri sacrificium, & simpliciter hujus mercenariæ appetitionis jacturâ animam acquiescere*, quamvis & qui sacrificium illud facit, & qui acquiescit, ardentiùs quam antea tum cupiat, *supernaturali sui amore in se & sibi omnium promissorum affectum accipere*, quamvis ardentiùs quam antea *suam salutem ut suam optet*, quamvis ardentiùs quam antea *divinam misericordiam desideret, & Director nunquam possit animæ permittere ut liberâ & voluntariâ persuasione positivè credat, vel in summis probationibus se reprobatam*. Author qui sic locutus *mercenariam proprij commodi appetitionem* pro æternâ salute & *mercenarium motivum* pro essentiali spei motivo usurparet stultè sibi ipsi in qualibet libri sui paginâ contradiceret, multò etiam magis sensui communi quam fidei adversaretur.

pag. 91. 92. 93. 94. 44. 93. 92.

Unum hoc à lectore postulo, ut ad aufferendas difficultates omnes quæ ex meo libro propositæ sunt horum quatuor meminerit. Hoc primum est: *mercenaria proprij commodi appetitio* secundùm me non est nisi naturalis nostri ipsorum amor, & mercenarius affectus. Alterum, mei libri amores quinque ut quatuor Sancti Bernardi, ut amores Richardi à Sancto Victore & Cardinalis Bellarmini, non sunt transeuntes actus sed animæ status. Tertium, ij status sunt tantum habituales neque omnis variationis expertes. Quartum, postulo ut non alio sensu intelligatur *motivi* vocabulum quam quo eum intellexi, secutus exemplum multorum sanctorum, atque etiam plurium quos laudavi celebrium scholæ Theologorum. Nempè in meo libro per *motivum* significatur non simpliciter objectum exterius quo moveor, sed interius amoris principium quod facit ut hoc objecto movear. Qui hæc mihi quatuor concesserit, facilè tria quæ sequuntur agnoverit. 1°. in amoris statu qui illorum quinque quos in meo libro distinxi amorum tertius est naturalem sui amorem adhuc in animâ

dominari, quamvis ſpei actus ſit ſupernaturalis, in Deum ut in ſummum bonum tendat, Deoque nos non præferat. Secundum in 4°. amoris ſtatu mei libri dominari caritatem, actus que ejus eſſe puriſſimos quamvis naturalis noſtrûm amor quo mercenaria privati commodi appetitio conſtituitur, ſæpiùs occurrat; non quidem in actibus ſupernaturalibus; ſed in animâ quæ eos actus elicit.

Tertium eſt in quinto ſtatu ne dum caritatis actus à cæterarum virtutum actibus præveniantur & præparentur, cæteras virtutes ab illâ vehementi caritate, dum in ſe eas coadunat, plerumque præveniri ac perfici. Hac virtutum inferiorum in caritate adunatione diſtinguuntur perfecti ab imperfectis ſecundùm trigeſimum noſtrum ad Iſſiacum articulum. *In vitâ & oratione perfectiſſimâ omnes illi actus in unâ caritate adunantur quatenus univerſas virtutes animat, earumque exercitium imperat.* Et quidem agnoſcit ſchola actus virtutum formaliter & expreſsè à caritate imperatos præſtantiores eſſe actibus illis qui in habitu caritatis ſimpliciter exercentur cum relatione ad ejus finem qui non eſt niſi habitualis

ſeu virtualis. Tunc naturalis & deliberatus noſtri ipſorum amor quo *mercenaria appetitio* conſtituitur non jam ferè operatur. Deliberatum hujus amoris exercitium, non autem ſpei motivum amputavi. Ut præciſis finibus meum ſyſtema circumſcriberetur, ſtatim hoc dixeram. *Talis eſt purus & per-*
pag. 13. *fectus amor qui eoſdem omnium & earumdem virtutum actus quos amor mixtus exerit, eo uno diſcrimine quod timorem, omnemque anxietatem ejus expellat, atque etiam mercenarij amoris ſollicitudine ſit immunis.* Ergo diſcrimen illud juxta me *unicum* eſt & tota quinti mei ſtatus perfectio ad id *unicè* reducitur, ut omnem ſui excludat amorem qui *mercenarius* eſt, ſeu privati commodi anxiè appetens. Ut articulus ille eſſentialis erat, eo quoque meam omnem doctrinam concluſi; libri finis initio reſpondet, & inſtar generalis clavis eſt, hæc mea verba ſunt. *Omnis per-*
p. 268. *fectio ad hunc reducitur habitum puri & unici amoris qui in iis animabus gratuitâ & liberali pace agit quidquid mixtus amor in cæteris ſuperſtite aliquâ mercenariâ ſollicitudine operatur, & reliqua omnia in illo multo etiam quam in*

justorum vulgo abundantiùs affluunt. Nemo ergo queri potest quod ablatum voluerim aut castum timorem, aut spem quam timori, secutus Patrum exemplum adjunxi licèt eam ut & ipsi patres timori longè prætulerim. Non etiam erga Deum creatorem & Christum Redemptorem animi actus amantissimos & efficacissimos amputavi. Gratuiti amoris puritas nec animo grato nec spei officit. Haud necesse est ut nos ipsos naturali & mercenario amore diligamus, quo Dei donis seu jam acceptis seu accipiendis verè moveamur, exceptâ unâ mercenariâ appetitionis imperfectione. *Cætera omnia in perfectis multò quam injustorum vulgò abundantiùs affluunt.* Ergo nihil aliud mihi jure imputari potest, nisi quod in meo 5°. gradu admisierim caritatem quæ virtutes omnes in earum exercitio realiter distincto præveniat, animet, imperet, ita ut hujus status anima Deum eodem modo diligere cuperet posito quod præmium ipsum non optaret, quod tamen magis in dies amat. Tunc plerumque non agit nisi per gratiam & per supernaturales actus, nec ferè ex se ipsâ deliberatos jam actus naturalis hu-

jus amoris qui eſt *motivum*, ideſt juxta me, *mercenarium* ſeu *proprij commodi appetens* principium.

Hæc ſunt, Fratres cariſſimi, præcipua capita quibus mei eſſe officij putavi & etiam abſque moleſtarum repetitionum metu vobis exponere doctrinæ principia quæ ſemper ſecutus fui, & ad quæ meum omne ſyſtema exigere volui. Syſtema illud omnibus lectoribus non ſatis ob oculos poſui, ſi viri me perſpicatiores mentem illi à meâ mente longè abhorrentem attribuere mirari non debeo; ſi id quod à me ortum eſt aliquo defectu laboret, nec ad meum librum defendendum, hunc vobis jam explico. Ab hujus judicio tempero, donec à ſummo Pontifice acceperim quid mihi de eo judicandum ſit. Sufficiat mihi expoſuiſſe vobis veros meos ſenſus quos in libro exprimere mihi fuit animus. Atque id facio non ut meum opus quod jam pro meo non habeo, citra culpam eſſe demonſtrem, ſed ne offendiculum fortè à Paſtore veſtro ſumatis mihi imputando, quod damno, aut illuſioni faveatis probando quod numquam probare intendi. Quantùm ad meum erga ſummum

Pontificem obsequium, quidlibet & qualibet formulâ decernere illi visum fuerit, magis etiam ex animo quam ore illimitatum fore profiteor.

Id vobis amantissimè jujungimus, Carissimi fratres, ut horreatis ab inanibus perfectionis subtilitatibus quæ cò tendunt ut animæ in otio interiori languescant. Fideles hortemini, ut laborent dum tempus habent, nullam actionis nisi aut malæ aut imperfectæ cessationem approbate, *quiescite perversè agere*, quies in Deo actio vera esse debet. Realis est de Deo occupatio quæ in ejus cognitione & amore consistit. *Vacate & videte* quoniam ego sum Deus. Docete vitam omnem interiorem non constare nisi actibus veris, sibi succedentibus; & deliberatis, qui quàm sæpissimè id fieri potest, absque anxietate & sollicitudine redintegrandi sunt: in animabus nihil amputate nisi reflexas sui amoris, aut affectus nimis mercenarii nimisque solliciti cogitationes. Impiam & portentosam de salute indifferentiam detestemini, inspirate desiderium *coronæ quam justus judex reddet iis qui diligunt adventum ejus*. Execremini horrendam illam gra-

tuiti amoris puritatem quæ ſacrificio ſalutis & aſſenſu ad beatitudinis æternæ jacturam amorem ipſum extingueret. Filij Dei diſcant à vobis Dei in ſe regnum, & ſuum in Dei regno ſummâ voluntate peroptare, cum dicunt, *adveniat regnum tuum*, ſed facite ut deſiderium illud concipiant quàm liberaliſſimè & quàm maximè gratuitò poterunt ſecundùm gratiæ ſuæ menſuram. Ne fidatis iis qui de ſui oblivione, aut de amputandis reflexis cogitationibus loquentur, ſtatim atque animadvertetis ea ſenſim ſine ſenſu illuc vergere ut negligatur Evangelica vigilantia & exercitium mortificationum, particulariumque cujuſlibet ſtatus virtutum ſine quibus omnis oratio fictitia eſt. Ut Antichriſtos habete illos qui fidelibus inſpirare vellent, perfectionem quâ *noſtra fidei authorem & conſummatorem* Chriſtum à conſpectu amitterent Cavete non ſolùm à portentoſis placitis quibus fidei & morum fundamenta ſubruuntur, ſed etiam à temerariis quibuſdam animas regendi rationibus quæ latiſſimè extendunt, quod pauciſſimis animabus competit, & quæ citiùs eaſdem animas tranſducunt in

 394

ſtatus perfectiores cujus prima vix rudimenta nactæ ſunt. *Noli altum ſapere, ſed time.* Ne ſiveritis animas guſtui curioſitatis indulgere, aut ſecretæ ambitioni ad altiſſima quæque ſemper pertingendi, ſed eas intra humilem timorem continete. Denique ſedulò inquirite & clam indicate nobis illos qui animas in vias inſolitas introducere vellent, ademptâ eis fiduciâ quam fideles habere debent in Paſtoribus cæteriſque Eccleſiæ miniſtris quibus ſana doctrina eredita eſt.

Hic ſubiungendum duxi decretum dãnationis, propoſitionum Molinoſi 68 & quam ad ſummum Pontificem ſcripſi epiſtolam cum eo quo me dignatus eſt Sanctus Pontifex reſponſo, ut probatione tam authenticâ pernoſcatis, quàm ſincerè meum librum univerſum abſque reſtricto Apoſtolicæ ſedi ſubmiſerim, quantumque & vobis & mihi à pernicioſâ Quietiſmi doctrinâ abhorream. Triginta quatuor articulos hîc adjunxi quos olim ad vicum Iſſiacum cum Illuſtriſſimis & Reverendiſſimis Archiepiſcopo Pariſienſi, & Epiſcopo Meldenſi & Venerabili Domino Tronſon ſtatui. In iis doctrinam ani-

madvertetis quam in meo libro ſequi perpetuò intendi. Vos omnes Cariſſimi fratres, vos noſtros in Chriſto coadjutores confidenter alloquimur unanimes incumbamus ad præſtandas animas adversùs malum prudentes & ſimplices in bono. Quo denſiore caligine orationi officiunt illuſiones, & ſæculi ſcandala eo ardentiore ſtudio illæſam tueri debemus orationem, fideliter illi vacando & ut populi abſque illuſione illi incumbant efficiendo, oratione purâ, frequenti, ſolidâ, hominibus potiſſimùm probaverimus, chriſtianæ pietatis quaſi animam eſſe orationem. *Ergo ſine intermiſſione orate.* Univerſos populos ad hanc amoris orationem, ad hanc *igneam orationem* ut vocat Caſſianus alliciamus. Spero ea interveniente nos cor unum & animam unam futuros, & in perfectam unitatem cum Chriſto conſummandos. Datum Cameraci die 15. Septembris anno 1697. Franciſcus Archiepiſcopus Dux Cameracenſis.

Coll. 9. c. 2. 4.

De mandato Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi Ducis.

DES ANGES *Secretarius.*



TRIGINTA QUATUOR ARTICULI IN VICO ISSIACO STATUTI.

I.

OMNIS Christianus in omni statu, quamvis non omni temporis momento, fidei, spei, & caritatis exercitium servare, earumque ut trium distinctarum virtutum actus producere tenetur.

II.

Omnis Christianus tenetur explicitam habere fidem in Deum omnipotentem, creatorem Cœli & terræ, renumeratorem quærentium se & in alia ejus attributa pariter revelata; atque hujus fidei actus in omni statu, & si non omni temporis momento exercere.

III.

Christianus omnis similiter tenetur explicitâ fide in Deum , Patrem , Filium & Spiritum Sanctum & hujus fifidei actus in omni statu , et si non omni momento exercere.

IV.

Omnis Christianus tenetur quoque explicitâ fide in Jesum Christum Deum & hominem ut mediatorem sine quo nullus potest ad Deum accedere, atque hujus fidei actus in omni statu , et si non omni momento tenetur elicere.

V.

Omnis Christianus in quolibet statu , et si non quâlibet horâ , tenetur explicitè velle optare & petere suam æternam salutem , ut rem quam Deus vult & quam vult ut ad ejus gloriam velimus.

VI.

Deus vult ut omnis Christianus in quolibet statu , et si non quâlibet horâ, ab eo expresse petat peccatorum suorum remissionem , gratiam nullius deinceps admittendi , perseverantiam in bono , augmentum virtutum , cæteraque omnia ad salutem æternam requisita.

VII.

396

VII.

In omni ſtatu Chriſtiano adversùs concupiſcentiam etſi non ſemper æqualiter pugnandum eſt ; quâre in quolibet ſtatu etſi non quâlibet horâ vires adverſus tentationes poſtulare tenetur.

VIII.

Omnes illæ propoſitiones ſunt de catolicâ fide, expreſsè continentur in Symbolo Apoſtolorum & oratione Dominicâ, quæ communis & quotidiana omnium Dei filiorum oratio eſt : aut etiam ab Eccleſiâ expreſsè definitæ ſunt, ut illa de petendâ peccatorum veniâ & perſeverantiæ dono, & illa de certamine adverſus concupiſcentiam, in Conciliis Carthaginenſi, Arauſicano & Tridentino : ita contrariæ propoſitiones ſunt formaliter hæreticæ.

IX.

Non licet Chriſtiano eſſe quoad ſalutem ſuam eaque quæ ad eam referuntur indifferenti : ſancta indifferentia Chriſtiana ſpectat hujus vitæ (excepto peccato) eventus & ſpiritualium ſolatiorum vel ariditatum diſpenſationem.

X.

Supradicti actus maximæ Christianissimi pietati non derogant atque licèt percepti, non desinunt esse perfecti, modo de iis gratiæ Deo agantur, & ad ejus gloriam referantur.

XI.

Christiano expectare non licet ut Deus hos illi actus viâ & inspiratione particulari inspiret; atque ut ad eos se excitet unâ fide quæ voluntatem Dei in ejus præceptis significatam atque declaratam illi aperit, & sanctorum exemplis indiget, supposito semper gratiæ excitantis atque prævenientis auxilio. Tres ultimæ propositiones ex præcedentibus manifestò sequuntur, & iis contrariæ sunt temerariæ atque erroneæ.

XII.

Supra dictis actibus quibus omnes tenentur, non semper intelligendi sunt actus methodici atque compositi; multo minùs actus in formulas & certis vocibus redacti, aut actus inquieti & solliciti: sed actus sincero animo producti ea omni mansuetudine ac tranquillitate quam Dei Spiritus spirat.

XIII.

In vitâ & oratione perfectissimâ, omnes illi actus in unâ caritate uniuntur, quatenus omnes virtutes animat earumque exercitium imperat, secundum illud Pauli: caritas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Idem dici potest de aliis actibus Christiani cujus distincta exercitia regit ac præscribit, etsi non semper modo sensibili & distincto percipiantur.

XIV.

Quod in Sanctis ut in Paulo & aliis animadvertitur desiderium de æternâ salute & perfectâ redemptione, non solum est desiderium aut appetitus indeliberatus, sed ut eum vocat S. Paulus, bona voluntas quam ut divinæ voluntati perfectè conformem juvante gratiâ in nobis liberè elicere & operari debemus. Hæc propositio est perspicuè revelata, & contraria est hæretica.

XV.

Similiter voluntas est Divinæ voluntati conformis, & in omni statu licèt non qualibet hora absolutê necessaria, velle non peccare, nec solum peccatum damnare, sed de amisso do-

lere & velle id in nobis veniâ destrui.

XVI.

Reflexæ in se, in suos actus, atque in accepta Dei dona cogitationes, quas à Prophetis & Apostolis passim adhibitas videmus ad agendas Deo de ejus beneficiis gratias, & similes alios fines, proponuntur in Exemplum omnibus fidelibus etiam perfectissimis; & doctrina quæ eos ab iis reflexis cogitationibus amovet ad hæresim accedit.

XVII.

Nullæ sunt malæ & periculosæ cogitationes reflexæ præter eas quibus nostras actiones & accepta dona reputamus, ut hinc nostri amorem alamus, humanum nobis præsidium quæramus, nobisque nimis occupemur.

XVIII.

Mortificationes omni christianæ Religioni statui competunt, atque huic necessariæ sunt: & fideles sub perfectionis prætextu inde amovere, apertè est S. Paulum condemnare, & erroneam ac hæreticam doctrinam præsupponere.

XIX.

Perpetua oratio non consistit in

perpetuo atque unico actu qui non interruptus supponatur, qui etiam nunquam sit iterandus; sed in perpetuâ & habituali dispositione ac præparatione ad nihil agendum quod Deo displiceat, & omnia agenda quæ illi placeant; contraria propositio quæ à quovis statu etiam perfecto omnem actuum pluralitatem & successionem excluderet, esset erronea & omnium sæculorum traditioni opposita.

XX.

Nullæ sunt apostolicæ traditiones præter eas quæ ab omni Ecclesiâ agnoscuntur, & quarum authoritas à Concilio Tridentino sancita est: contraria propositio est erronea, & quæ secretæ traditiones apostolicæ putarentur, laqueus essent fidelibus & ratio introducendæ cujusvix noxiæ doctrinæ.

XXI.

Oratio simplicis coram Deo præsentiæ, aut remissionis, aut quietis, & aliæ extraordinariæ orationes etiam passivæ à S. Francisco Salesio cæterisque in Ecclesiâ receptis Spiritualibus approbatæ, non possunt absque insigni temeritate aut rejici aut pro suspectis ha-

beri, nec obstant quominus semper parati simus ad omnes supra memoratos actus suo tempore producendos: eos in implicitos vel eminentes actus in perfectiorum gratiam reducere, sub prætextu quod amor in Deum eos aliquatenus includat, est eorum obligationem eludere, & eorum revelatam à Deo distinctionem evertere.

XXII.

Potest aliquis absque his insolitis orationibus sanctissimus evadere, & christianæ pietatis perfectionem assequi.

XXIII.

Interiorem statum & animæ purgationem ad has insolitas orationes reducere, manifestus error est.

XXIV.

Error est non minus periculosus excludere à statu contemplationis, attributa, tres personas divinas & filij Dei incarnati præcipuè Crucis & Resurrectionis mysteria; & universa quæ solâ fide videntur Christianæ sunt contemplationis objectum,

XXV.

Christiano non licet sub passivæ aut alius insolitæ orationis prætextu,

expectare in vitæ ratione, tam in spiritualibus quam in temporalibus rebus, ut Deus eum ad quamque actionem viâ & inspiratione particulari determinet: & contrarium ad Deum tentandum ad illusionem atque ad segnitiem inducit.

XXVI.

Extra casum & propheticæ seu insolitæ inspirationis tempora, submissio vera quam anima quævis christiana Deo debet, in eo sita est ut naturali & supernaturali lumine quod ab eo accipit & prudentiæ christianæ regulis utatur, semper præsupponendo singula Deum suâ prudentiâ dirigere, & cujusvis boni consilij autorem esse.

XXVII.

Non addicendum est Prophetiæ donum multo minus Apostolicus status certo perfectionis & orationis statui; eaque his addicere est in illusionem temeritatem & errorem inducere.

XXVIII.

Extraordinariæ viæ cum indiciis quæ de iis spirituales viri tradidere, sunt juxta eosdem rarissimæ, & obnoxiæ examini Episcoporum, superiorum Ecclesiasticorum atque Doctorum,

quorum est de iis judicare, non tam secundum experientias quam secundùm immutabiles Scripturæ & traditionis regulas; contrarium docere & exequi, est obedientiæ quæ Ecclesiæ debetur jugum excutere.

XXIX.

An alicubi terrarum sint aut fuerint paucissimæ animæ electæ, quas Deus insolitis & particularibus præventionibus sibi cognitis ad omnes christianismo essentiales actus cæteraque pia opera quoque instanti ita moveat, ut non sit necesse illis quicquam præscribere quo ad ea excitentur; id divino judicio permittimus; nec tales status confessi, solùm dicimus in praxi nihil periculosius, nihil illusioni esse magis obnoxius, quàm animas ducere quasi ad eos pervenissent, atque ut hæc sint non in his præventionibus christianæ pietatis perfectionem positam esse.

XXX.

Omnibus supradictis articulis, quantùm ad ea quæ ad concupiscentiam, imperfectiones, & præcipuè peccatum attinent, propter Domini nostri honorem sanctissimam virginem ejus matrem contineri non intelligimus.

XXXI.

Quantum ad animas quas Deus in probationibus detinet, Job earum exemplar eas edocet rationem utendi fulgore per intervalla micante ad præstantiſſimos fidei, ſpei & amoris actus producendos. Spirituales eas edocent rationem eoſdem actus in apice & altiſſimo mentis receſſu inveniendi. Non igitur eis permittendum eſt apparenti ſuæ & deſperationi & damnationi acquieſcere, ſed cum Sancto Franciſco Saleſio eas oportet certiores facere fore ut nunquam à Deo deſerantur.

XXXII.

In omni quidem ſtatu præcipuè in iſtis ultrix Dei juſtitia adoranda eſt, nunquam autem optandum ut in nos omni ſeveritate exerceatur, cum ex ejus ſeveritatis effectibus unus ſit nos caritate privare. Chriſtiani abnegatio in hoc ſita eſt ut omnem ſuam ſollicitudinem in Deum projiciat, in ejus bonitate ſuæ ſalutis ſpem collocet, & quemadmodum Sanctus Auguſtinus poſt Cyprianum docet, *Ut totum detur Deo.*

XXXIII.

Inſpirari etiam poteſt animabus la-borantibus & verè humilibus ſubmiſ-ſio & conſenſus divinæ volunta[...] quando & falſiſſimâ ſuppoſitione lo[...] æternorum bonorum quæ juſtis anim[...]bus promiſit, eas in æternis crucia[...]bus ſuo beneplacito detineret, non t[...]men eis ablatâ gratiâ ſuâ & amor[...] qui actus eſt perfectæ abnegationis [...] puri amoris à quibuſdam ſanctis exe[...]citi, & qui aſpirante ſingulari D[...] gratiâ ab animabus verè perfectis exe[...]ceri poteſt: intactâ obligatione ali[...]um ſupradictorum actuum chriſtian[...] pietati eſſentialium.

XXXIV.

Cæterum conſtat incipientes & pe[...]fectos quemque juxta viam ſuam dive[...]ſis regulis eſſe ducendos, & poſtrem[...] chriſtiana placita eminentius & præ-ſtantius intelligere.

